280
B45



200 D-48
B 45

15.677/3.

A zirczi, pilisi, pásztói és szent-gotthárdi cziszterczi apátságok története.
5. köt.: BÉKEFI Remig: A pásztói apátság oklevéltára. 1342-1812. Bp. 1902.
Oklevéltár 3.

3. r. sz. Könyvkártya
Könyvtárellátó — Közl. Ny.

B-45

A ZIRCZI, PILISI, PÁSZTÓI ÉS SZENT-GOTTHÁRDI CZISZTERCZI APÁTSÁGOK TÖRTÉNETE.

ÖTÖDIK KÖTET:

A PÁSZTÓI APÁTSÁG OKLEVÉLTÁRA 1342—1812.

A

PÁSZTÓI APÁTSÁG OKLEVÉLTÁRA

1342—1812.

ORD. CISTERCIENSIUM
O. ECCLESIIS.

IRTA

BÉKEFI REMIG dr.

CZISZTERCZI ÁLDOZÓPAP, EGYETEMI NYILV. RENDES TANÁR ÉS
A MAGY. TUD. AKADÉMIA LEV. TAGJA.

A NÉPKÖNYVTÁRI KÖZPONTTÓL
NEM ADHATÓ EL!
P.

BUDAPEST, 1902.

...EB - 6
AUG - 8.
...6 JAN - 3
...MÁJ - 8
...

Magyar Könyvtár tulajdona
15677/8
BUDAPEST

Hornyánszky Viktor cs. és kir. udv. könyvnyomdájának sajtója.

A PÁSZTÓI ÉS PILISI APÁTSÁGOK VISSZAÁLLÍTÁSA SZÁZADOS ÉVFORDULÓJÁNAK EMLÉKÉRE.

I.

Pásztó. 1342. deczember 13.

Blondellus (Domokos) pásztói apát és a pásztói konvent bizonyítják, hogy Hertlinus az ő kuriájának felét, feleségc beleegyezésével a fiának, Walternek eladta.

Nos frater Blondellus Dominicus abbas in Pastuk totusque eiusdem loci conventus significamus universis, quibus expedit, presencium per tenorem: Quod Hertlinus dictus Stycher (?) coram nobis presencialiter constitutus, de consensu uxoris sue rite et expedite vendidit ac vendendo tradidit filio suo, Waltero et suis heredibus heredumque successoribus suam dimidiam curiam, in vicinitate balnii (igy) inferioris situatam, sine omni nodulo flexibilitatis perpetue et pacifice possidendam, vendendam, obligandamque, seu in quamcunque personam aliam transmittendam, iuxta quod sibi et suis melius et utilius videbitur expedire. Dantes sibi has nostras litteras in testimonium premissorum. Testes sunt Seydlinus villicus, Pakrapicrus, Stephanus curie magister, Wunnerus pro tunc iurati et quamplures alii fidedigni. Datum anno Domini Millesimo tercentesimo quadragesimo secundo, in die sancte Lucie Virginis gloriose. 1342. dec. 13.

Hártyán függő mandorla alakú viaszpecséttel. A pecsét közepén apáti alak áll szerzetes ruhában, rajta a cucullával. Jobb kezében felső végén meggörbült s jobb lába mellett támaszkodó pásztorbotot tart. Pontozott vonalak között ez a körirat olvasható: + S(igillum) FRTS BLUNDELLI ABBIS DE PASTUCH.

Hártyára irt eredetije: Báró Radvánszky Béla sajó-kazai levéltárában: Nr. 6.

Figyelmemet az oklevélre báró Radvánszky Béla hivta fel. — Facsimilejét lásd a pásztói apátság történetének II. kötetében.

II.

Bodoló. 1666. márczius 24.

Frater György és Frater István megengedik, hogy Raskó András nevű jobbágyuk a hasznosi malmot kiválthassa Szalaynétól.

Mi Frater György és Frater István adjuk emlékezetül, a kiknek illik, ez levelünknek rendiben, hogy az mely malmot, az hasznosi jószágunkban lévőt Piti Jakabné zálogban vetett Szalainénak, azon malmot Raskó András nevű jobbágyunknak megengettük kiváltani ilyen conditiók és okok alatt: hogy azon malmot azon pénzben fiúról-fiúra szabadosan bírja, valameddig minket és mindkét ágon lévő maradékinkat maga és maradéki szolgálnak és uralnak; ha pedig minket maga vagy maradéki nem akarnának uralni, egy pénz nélkül mi reánk és maradékinkra vissza szálljon. Minthogy pedig maga erejéből azon malmot ki nem válthattya, az, mely emberséges ember által azt le tészi, az mint azzal megalkhatik minden esztendőre, vagy az mennyit annak fizet, vagy az malom jövedelmének azon embernek engedett részről az mennyi esztendőnként le száll, azt a summát mindenkor feljegyeztesse a város könyvében azért, hogyha néki vagy holta történnék, vagy alólunk s jószágunkból elidegenednék, tehát mi és maradékink annak, a kinek pénzével a malmot magához váltotta, annyi hijával fizessünk az malomnak kiváltásakor, a mennyit ezen Raskó András minden esztendőben leszállított az derék summából. Ezt is hozzátévén, hogy az malomnak harmadrésze, tudniillik jövedelmének harmada, életeig Piti Jakabnénak járjon, de holta után mindjárt az malom szálljon Raskó Andrásra és maradékira; továbbá minden egyébb örökséget is, mely Piti Jakabnak halála után egyenesen mi reánk szállott földes uraira, úgymint szántóföldei, kertjei, rétjei és szőllője, engettük nékie, úgymint Raskó Andrásnak úgy, hogy ha Piti Jakabné véle együtt akar lakni, ezeknek jövedelmével s hasznával egyaránt éljen; a hol pedig nem, ezekhez semmi köze nem lészen. Ennek nagyobb bizonyságára attuk ez pecsétes kezünk irásával megerősített levelünket. Datum in Bodoló die
1666. márcz. 24. vigesima quarta martii, Millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto.
Frater György (L. S.) Frater István (L. S.)

Praesens par ex vero et genuino originali descriptum et cum eodem per me collatum in omnibus punctis et clausulis eidem conforme esse testor, in oppido Pászto, die duodecima mensis februarii. Millesimo septingentesimo sexagesimo sexto. Joannes Meleczky 1766. febr 12.
inclytae tabulae regiae iudiciariae iuratus notarius m. p. (L. S.)

Papirosra irt hiteles másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Pászt. fasc. 7. nr. 10.

III.

Fülek. 1668. április 19.

Frater György és Frater István Pásztón, Hasznoson és másutt levő részbirtokaikat, szükségből zálogba adják Battik Jánosnak négyszáz tallérért.

Mi nemes Abauj vármegyében Kis-Bodoló nevű faluban lakozó Frater György és Frater István, magunk és mindkét ágon levő gyermekink, successorink és legatáriusink képekben, adgyuk emlékezetül mindeneknek, a kiknek illik, ez mi levelünknek rendiben, hogy bizonyos és elkerülhetetlen szükségünktül viseltetvén, nemes Nógrád vármegyében Fülek vég házában lakozó nemzetes Battik János uramnak és mindkét ágon lejendő gyermekinek, successorinak és legatáriusinak nemes Heves vármegyében, Nógrád, Pesth és Borsod vármegyékben lévő, ide alább felirandó faluk és pusztabéli részeinket, úgymint Pászthón lakozó Valus András, Kelemen György, Raskó András, Nagy János, Mihály és ugyanott egy puszta házhely Bád Gergelyé volt, item Hasznoson Illés István és ugyanott másfél házhely, item Bárkányban lakozó Osváth Tamás, Osváth Máté, item Csétén (így) egy puszta házhely, Apczon Liktor Jakab, item almási, muslai, garábi puszták, item Szent-Mártony-Kátárul, Kokárul, Almásról, Czeglédről az mely adópénznek össze minket concernál, item Sóshartyánban egy közös jobbágy, item leleszi negyedfél házhely pusztákat, item allókői pusztákat, tudniillik puszta házhelyeket, ezeket egy summában mindennémű hasznaival, de iure et ab antiquo ad eandem pertinentibus valamely igazsággal mi birtuk, adtuk ő kigyelmeknek bizonyos summa pénzben, úgymint négyszáz tallér érő, jól elkelhető pénzben, melyet egyszersmind beváltunk is eő kegyelmétül, tali interiecta conditione, hogy a modo két esztendeig senki ő kegyelmétül, se maradékitul, sem magától ki ne válthassa; a két esz-

tendő pedig eltelvén, a kiváltásnak napja mindenkor új esztendő légyen, mely elmulván, azon esztendőben ki ne váltassék; és ha mikor a specificált terminuson magunk, maradékink, successorink és legatáriusink eő kegyelmétül magától, successoritul, legatáriusitúl jó és ez országban elkelhető pénzül ki akarnák váltani, tartozzanak, sub poena in articulis regni de eo constituta, de facto kezekbül kiereszteni és mi is azon jószágoknak békességes bizodalmában mind magunk, maradékunk, successorink és legatáriusunk ő kegyelmét magát, successorit, legatáriusit, az evictiót felvállalván, tartozunk propriis curis et fatigiis, sumptibus et expensis contra quosvis legitimos impetitores oltalmazni, melyet ha nem cselekednénk, avagy cselekedni nem akarnánk, köttük arra magunkat, hogy intra ambitum regni Hungariae akármelyik vármegyében találandó annyi érő jószágunkból azon summa pénzig, csak egy szolgabirót azon vármegyének viczeispánnya commissiója mellett maga házától kivivén, szabadosan executiót tétethessen, ezen levelünknek erejével magunkon, maradékinkon, legatáriusinkon és successorinkon és mindaddig birhassák, míg azon summa pénzt le nem teszszük, non obstantibus, imo exclusis omnibus juridicis remediis et exceptionibus; azt is hozzá tévén, hogy a mely Pityi Jakab nevű meghólt jobbágynak malma hasznosi földön reánk maradott volt és mi zálogban vetettük, ő kegyelme kiválthassa mint legatarius és tempore redemptionis, ha eö kigyelminek azon summa pénzt, a mennyin kiváltya a malmot, magunktól és maradékunktól le nem teszszük. Mindezeknek nagyobb bizonyságára mindkét részrül adtuk kezünk írásával megerősített pecsétes levelünköt, ilyen nemes személyek, úgy mint Heves vármegyének hites szolgabirája Balog Mihály előtt s több ide alább ezen levelünköt megpecsétlő jó akaró uraimék eő kigyelmek előtt. Datum in praesidio Fülek,
1668. ápr. 19. die decima nona aprilis anni currentis Millesimi sexcentcsimi sexagesimi octavi. Frater György (L. S.). Frater István̆y (L. S.). Petrus Battik vicecomes comitatuum Pest, Pilis et Solt (L. S.) Coram me Joanne Kajdi iudice nobilium (L. S.) comitatus Nogradiensis. Coram me Paulo Wattai (L. S.) iudice nobilium comitatuum Pest, Pilis et Solt. Coram me Michaele Balog (L. S.) iudice nobilium comitatuum Heves et Exterioris Szolnok.

Lecta. collata cum originalibus litteris ac vidimata praesentia paria per me Casparem Csemniczki vicecomitem comitatus Neogradiensis, quae etiam cum originalibus in iis locis, ubi ob attritionem earum legi potuerunt, per omnia concordant. Actum Lossoncz, die secunda septembris, anno Domini Millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio. (L. S.) 1693. szept. 2.

Lecta, collata cum originalibus litteris simul ac vidimata praesentia paria, quae per omnia concordari recognoscuntur per me Stephanum Gyürki suprafati comitatus Neogradiensis substitutum vicecomitem. Die secunda septembris anno Domini Millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, in oppido Losoncz. (L. S.) 1693. szept. 2.

Papiroson irt hiteles másolatban: Zirczi apáts. levéltár. Act. abb. Paszt. fasc. 7. nr. 6.

IV.

Felső-Elefánt. 1693. május 22.

Borcsiczky János javaslatot terjeszt a magy. kir. kamara elé, hogy a Báthory-féle szőllők Pásztón mily föltétellel adományozhatók Zolnay András pásztói apátnak.

Inclytum camerale Consistorium!
Domini Domini gratiosissimi!

Gratioso inclyti cameralis consistorii decreto cum abintus inclusa reverendissimi domini Andreae Zolnai abbatis Beatae Mariae Virginis de Pasztho instantia rursus reannexa, per me humili cum subiectione accepta et intellecta: quod attinet mihi committere dignatarum praescitarum trium vinearum in promonthorio Pasz-thiensi Bathoriano fiscalium divenditionem, vel ea non succedente, ex decima permittendam extraneis culturam, in eo omnimode adlaborabam. Quia tamen eaedem tres vineae, sub directione adhuc Bathoriana requisito labore destitutae, non ut fructum aliquem cultori promisissent, verum expensas uberiores requisivissent: nemo easdem emere, tanto minus in medietate excolere voluit. Quo ex respectu vinearum praetactarum binas aere fisci regii parato sede-cim imperialium scindi et fodi curare debui, fructum non nisi trium quadrantium vini aceto similis pro parte praelibati fisci suae maiestatis regii percipiens. Quo viso, praemeditatoque debito admodum reverendi patris Rakoczy plebani Tariensis quadraginta imperialium, quibus exsolvendis suae paternitati praedefunctus olim adhuc dominus Gabriel Bathory restabat, supplicueram humillime inclyto consistorio, quo mihi praetactas tres vineas, qua in una Zajdaiana sic dicta iurisdictionem habenti, erga contentationem

praedicti reverendi domini parochi Tariensis per me fiendam, gratiose conferre dignata fuisset inclyta ista camera, submittendo iuxta desideratum pro tunc generosi quoque domini vicecomitis comitatuum Heves et Szolnok, Gregorii Horuathi, informationem, vinearumque aestimationem per me de facto repetita demisse submissam. Cum tamen compos voti mei effici nequivissem, instante pro nunc validioribus pro parte magna Deiparae argumentis, pro vineis praespecificatis praetitulato reverendissimo domino abbate, non ut praetensionem quampiam praetextu allegatae in vineis memoratis iurisdictionis meae nectere studerem, verum ultro portionem ab inde mihi cedentem, pro gloria Sacratissimae Virginis Deique genitricis offerre paratus essem. Quare stabit in gratioso inclyti cameralis consistorii arbitrio, si praetactas tres vineas ratione per memoratum reverendissimum dominum abbatem ex adducta ecclesiae loci illius abbatiae, contentato praevie per reverendissimum dominum abbatem, quoad insinuatum quadraginta tallerorum debitum, praefato domino parocho Tariensi, conferre gratiose dignabitur, aliunde etiam possessum hocce extra sphaeram bonorum Bathoriano-Fiscalium exclusive se habens. Caeterum me gratie consistoriali quam humillime devoveo. Fölsö Elephant, die vigesima
. máj 22. secunda maii. Anno Millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio. Inclyti cameralis consistorii humillimus servus

Joannes Borcsiczky m. p.

Hátára ez van irva: Illustrissimo domino comiti, spectabilibus ac magnificis iterum et perillustribus dominis N. N., sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis inclytae camerae Hungaricae praesidi, directori et reliquis consiliariis etc. dominis, dominis patronis gratiosissimis. Posonii.

Piros viaszba nyomott gyürüpecséttel.

Papirosra irt eredetije: Magyar orsz. levéltár kamarai oszt. fasc. 30. Nr. 38.

V.

Zolnay András pásztói apát kéri Casparek Bernát wellehrádi apátot és a wellehrádi konventet, hogy a pásztói apátság adományozásával járó költségeket fizesse ki; vagy ha ezt tenni nem akarná, közölje vele a szándékát.

Reverendissime et amplissime domine, domine Patrone mihi colendissime, gratiosissime, venerabilis item Conventus, Patres et Fratres in Christo colendissimi, observandissimi, carissimi!

Siquidem, postquam ex gratia reverendissimi domini totiusque venerabilis conventus, ego infrascriptus, licet indignus, in anno proxime elapso ad novitiatum sacri ordinis Cisterciensis in venerabili hocce conventu subeundum, ut sub litera A. patebit, paterne susceptus fuissem; dein ex mutuo eorundem consensu pro reincorporatione abbatiae meae praefato sacro ordini, iure postliminii fienda, certum supplicem libellum, reverendissimi domini, domini, huius celeberrimi monasterii praesulis dignissimi, propriae manus subscriptione, sigillique oppressione munitum et ratificatum suae sacrae caesareae regiaeque maiestati Viennae demisse porrexissem; resque in eodem libello petitas et expressas feliciter obtinuissem, uti sub literis B. et C. innotescet: nihil ad effiicaciam huius finis pie a me desiderati, ex praerequisitis mediis, ad eundem obtinendum ita pernecessarium esset, quam ut expeditiones donationalium per excelsam aulicam cancellariam Hungaricam, a sua maiestate sacratissima speciali erga sacrum ordinem Cisterciensem affectione et propensione benigne concessarum, cum gratiarum actione exsolvantur. Et cum etiam, neglectis fundamentalibus instrumentis, in omnibus praeconceptis iustissimarum praetensionum nostrarum causis iudicis iuriumque processibus, praepostere, et de subiecto non supponente caece agere, facillime diiudicaremur.

Eapropter tam apud reverendissimam dominationem vestram, quam etiam apud venerabilem conventum humillime insto et supplico, dignentur suo ex devoto res sacri ordinis promovendi studio et desiderio, praedeclaratas expeditiones, si aliter fieri nequiret, etiam cum onere futurae restitutionis, et integrae satisfactionis, una cum iusto interesse a me et successoribus meis, ex debito

fiendae, paterne et fraterne exsolvere; ex hoc etiam non contemnendo fine, ne honor nostrorum omnium periclitetur, viaque in ulterioribus fructuosis progressibus nobis praecludatur, aut difficilius in posterum concedatur.

Quod si autem haec omnia in praemissis proposita et intellecta a reverendissima dominatione vestra et a venerabili conventu praestari nequirent, vel praestare, quod non putarem, idem difficultaret, aut vero suum erga piam meam intentionem pluribus vicibus paterne mihi, indigno, oblatum affectum certa aliqua ex praedominante causa iam, quod minime sperarem, denegare dignarentur; adminus ne plura et plura sine fructu et emolumento piarum intentionum mearum fatigia, sollicitudines item et anxietates animi, cum dispendio sanitatis propriae, detrimentoque inutilium expensarum mihimet ipsi coacervem: saltem suam discretissimam in iisdem patefacere mentem, paternamque suam resolutionem cathegorice finaliter declarare, nec non eandem his meis humillimis praesentibus memorialibus indorsare, aut inscribere, vel authentice inscribi curare non dedignentur. Quam gratiam reverendissimae dominationi vestrae, totiusque venerabilis conventus, omnimode quoad vixero, promereri studebo. Reverendissimae et amplissimae dominationi vestrae totiusque venerabilis conventus servus cliens et filius humillimus Andreas Zolnay, abbas beatae Mariae virginis de Paszto m. p.

Hátára ez van irva: Ad reverendissimum et amplissimum dominum dominum Bernardum Kasparek, celeberrimi monasterii Welehradensis abbatem dignissimum, in marchionatu Moraviae praelatum primum, sacrae caesareae regiaeqne maiestatis consiliarium etc. nec non venerabilem praefatum conventum, dominos et patres fratresque in Christo gratiosissimos, colendissimos observandissimos humillima instantia introscripti abbatis de Paszto.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 2. nr. 52.

VI.

Zolnay András pásztói apát kéri I. Lipót királyt, engedje meg neki, hogy ő a cziszterczi rendbe léphessen, a pásztói apátságot meg kebelezze be a cziszterczi rendbe.

Sacratissima caesarea regiaque Maiestas, domine, domine clementissime!

Quandoquidem maiestas vestra sacratissima abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszto, in Hungaria, inque comitatu Hevesiensi, et partibus per felicia sua arma gloriose recuperatis habitam in anno Millesimo sexcentesimo nonagesimo, simul cum universis 1690.
eiusdem abbatiae iuribus et bonis temporalibus mihi, licet indigno, sub ea expressa conditione benigne conferre dignata esset, ut ibidem resideam, rem orthodoxae fidei pro posse promoveam, bona item ab antiquo ad eadem pertinentia manuteneam, tuear et defendam.

Ex his ego causis benignis maiestatis vestrae sacratissimae obedire volens mandatis, omnem, quam potui, adhibui diligentiam, ut ad mentem maiestatis vestrae sacratissimae in eadem abbatia residendo, remque orthodoxae fidei pro posse promovendo, omnia eiusdem abbatiae iura et bona, quae alias per iniuriam temporum in manu saecularium praecipua ex parte hereticorum devoluta perpetuae abalienationis periculo subessent, e manibus et potestate eorundem eripere et pleno iure abbatiae praedeclaratae restitui curare possem; sed hactenus sine effectu desiderato varias ob resistentias potentiorum, et mediorum defectus, uti sub litera A. et B. productis testimonialium paribus clarescet.

Ut autem huic benignae maiestatis vestrae sacratissimae voluntati eo rectius et perfectius in posterum quoque et in omnibus me conformare possim, ideo apud maiestatem vestram sacratissimam flexis poplitibus de genu humili demisse supplico: dignetur authoritate sua apostolico-regia in hoc mihi clementer indulgere et benigne concedere, quatenus manutentis praenominatae abbatiae meae iuribus, possim sacrum ordinem Cisterciensem, ad quem olim pertinuisse toties nominatam abbatiam indubitatum est, ingredi et sacrum eiusdem habitum assumere, ita ut absoluto novitiatu,

pro quo iam suo modo susceptus sum, ut ex testimonialibus sub litera D. patet, in venerabili Moraviae monasterio Wellehradiensi, alios quoque ex eodem monasterio in virtutibus bene fundatos religiosos, cum consensu superiorum eiusdem sacri ordinis, possim introducere; deinde temporis successu monasterio formali erecto et stabilito, Dei adiuvante auxilio, patriae idoneos utriusque nationis filios suscipere et iisdem regulariter praeesse.

Pro quo salutari fine dignetur etiam maiestas vestra sacratissima ad mentem primorum piorum eiusdem abbatiae fundatorum, nec non diplomatum summorum pontificum, sacro ordini Cisterciensi hac in parte elargitorum. ita et decretorum quondam divorum Hugariae regum, signanter vero felicis recordationis Ferdinandi Primi et Mathiae Secundi per me immediatam in praenominatam abbatiam de Paszto successionem toties repetito sacro ordini Cisterciensi, cum universis pristinis iuribus suis, qui postea media exquirendi et reapplicandi, etiam avulsa et abalienata iura sua adhibere non negliget, benigne conferre et eandem in integrum restituere et consequenter noviter eandem clementer fundare.

Ut sic secundum piissimam mentem et sanctissimam intentionem maiestatis vestrae sacratissimae antiquus honor, et gloria Dei, cultusque magnae dominae Virginis Mariae Dei matris, cum augmento orthodoxae fidei et maiori bono rei publicae christianae in regno Mariano et apostolico magis adhuc magisque floreat et revirescat.

Quam gratiam maiestatis vestrae sacratissimae perpetuis ad Deum fundendis precibus et devotis sacrificiis omnimode promereri adnitar. Maiestatis vestrae sacratissimae humillimus subditus capellanus Andreas Zolnay, abbas beatae Mariae Virginis de Paszto m. p.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 2. nr. 51.

VII.

Wellehrád.

Zolnay András, pásztói apát, a kit, mint ilyent, már fölvettek Wellehrádra novitiusnak, kéri Casparek Bernát wellehrádi apátot, tegye neki lehetővé a novitiatus megkezdését.

Reverendissime Domine, Domine Domine Patrone mihi gratiosissime!

Constat reverendissimae dominationi vestrae, ex quonam fine ad meas humiles instantias, ego licet indignus, ad sacri ordinis Cisterciensis novitiatum, hic in isto sacro loco et conventu Wellehradiensi subeundum, a reverendissima dominatione vestra, velut capite huius venerabilis conventus benigne susceptus sum atque acceptatus.

Sed quia ex circumstantiis certis consideratis et perspectis, ad ipsum effectuare me non posse colligam et intelligam, donec benignus suae maiestatis sacratissimae consensus super inchoata pia hac mea intentione clementer accederet, abbatiamque pronunc meam de Paszto sacro ordini Cisterciensi ab olim vero et legitimo suo domino de novo restitueret.

Ex eo, ut eandem piam intentionem meam eo efficatius effectui mancipare merear, reverendissimam dominationem vestram, velut maximum promotorem eiusdem, demisse iterato supplicandum esse volui, veniam humiliter postulando de importunitate mea: dignetur saltem recommendatorias litteras, hoc in passu, ad eminentissimum cardinalem a Kolonics, nec non illustrissimum aulae Hungaricae cancellarium, et reverendissimum dominum abbatem Sanctae Crucis paterne mittere et scribere, quatenus apud augustissimam aulam, humiles meas hac in parte ultronee fiendas instantias ad mentem reverendissimae dominationi vestrae benigne promovere et secundare non dedignentur.

Et quia sub ea conditione a vestra dominatione reverendissima ad novitiatum paterne susceptus sum, ut reapplicata prius ex clementia suae maiestatis sacratissimae sacro ordini Cisterciensi praedeclarata abbatia de Paszto, cum omnibus iuribus eiusdem, expleto hic novitiatu, ad locum postea praedeclaratae abbatiae

professionem eliciam qua regularis abbas, secundum regulas et institutiones sacri ordinis. Aliunde autem, cum universa bona quidem abbatiae de Paszto potiori ex parte prae manibus saecularium, praecipue vero helveticorum existant, et eadem bona omnia praedecessoribus modernorum possessorum a fisco regio in quinque millibus florenorum oppignorata esse perhibeantur, et consequenter ab ipsis nonnisi depositis deponendis, nisi alia specialis gratia suae maiestatis sacratissimae accederet, rehaberi putentur et censeantur.

Ob has causas supplico etiam humillime apud vestram dominationem reverendissimam totumque venerabilem conventum, dignetur super eis paterne et benigne mihi praebere consensum, et patentes extradare credentionales, ut casu, quo, si pro sacro ordine Cisterciensi praedeclarata abbatia de Paszto, ita et abbatia Trium-Fontium, cum universis suis ab antiquo iuribus et proprietatibus, sub conditionibus praemissis, fine aliquo dato vel compromisso, a sua maiestate sacratissima impetrari non posset, saltem ex futuris proventibus earundem abbatiarum bonorum proveniendis, in certa qualitate frumenti, aut summa pecuniaria, ad proximius suae maiestatis sacratissimae praesidium pro intertentione et sublevamine militum eiusdem sine damno emergendo sacri ordinis contractualiter convenire, et consequenter etiam praedeclaratos hypotecarios omnes, nomine sacri ordinis exsolvere possim ac valeam.

Ob quam gratiam, ut Deus ter optimus maximus, vera salus et medicus omnium infirmorum et afflictorum, vestram dominationem reverendissimam in pristinam sanitatem et animi corporisque hilaritatem reducere et post quam diutissime pro gloria sua, et mea multorumque aliorum fortuna et solatio salvum ab omnibus miseriis et incolumem conservare dignetur, piis eundem precari precibus non intermittam.

Reverendissimae et amplissimae dominationi vestrae cliens humillimus Andreas Zolnay, abbas Beatae Mariae Virginis de Paszto. m. p.

Hátára ez van irva: Ad reverendissimum et amplissimum dominum, dominum Bernardum Casparek, sacri ordinis Cisterciensis celeberrimi monasterii Wellehradiensis abbatem dignissimum et in marchionatu Moraviae praelatum primum, sacrae caesareae regiaeque maiestatis consiliarium, dominum dominum patronum gratiosissimum humillimum memoriale introscripti abbatis de Paszto.

Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 2. nr. 50.

VIII.

Wellehrád. aug. 29.

Casparek Bernát wellehrádi apát Kollonich Lipót esztergomi érsektől kér felvilágosítást a pásztói apátság viszonyaira nézve.

Eminentissime Princeps domine, domine gratiosissime!

Eminentissimae celsitudinis gratiosissimam assistentiam sub vigesima huius mensis intimatam veneror humillime eamque absque reflexione ad dominum abbatem commendatarium, cuius intentio si est monachisare, uti ego supposui, abbatialem dignitatem aspirare non debet; in quem finem eundem ad ordinem non suscepi, neque eidem suffragari possum ad consequendam praefatam dignitatem; cum vero se dixerit abbatem loci illius, velleque allaborare ad incorporationem ordini nostro, amplector ex eo promtius, dum per redemptionem bonorum Pastinum spectantium non lucrum et commodum privatum, sed primario fidei catholicae, deinde ordini Cisterciensi incrementum procurare affecto. Usque nunc autem a praefato domino abbate bonorum ad Paztin (így) pertinentium, eorum possessorum, iurium, proventuumque genuinam specificationem habere non potui; de quibus tamen liceat ab eminentissima celsitudine vestra specialiter etiam de pretio, iuribus annexis vel a sacratissima caesarea maiestate annectendis informationem praeviam reverentissime erogare; habita enim super praemissa sufficienti declaratione et assecuratione, monasterium praedictum redemptum una cum bonis annexis, secundum statuta ordinis et pontificum intentionem, qua alia ordinis Cisterciensis monasteria, gavisurum, personaliter, valetudine mea permittente, Viennam excurrendo ipsum Pastinum cum appertinentiis inspiciendo, reversurus, nomine ordinis me ad conficiendum contractum sisterem obsequiosum, qui perenni gratiae me subiiciendo, maneo Wellehradii aug. 29. die vigesima nona augusti.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 2. nr. 55.

IX.

Zolnay András pásztói apát értesíti Nezorin Flórián wellehrádi apátot, hogy öt többen le akarják beszélni a pásztói apátságnak a cisztercziek kezére juttatásáról, de ő megmarad régi szándéka mellett.

Reverendissime domine, domine Patrone gratiosissime!

Quamvis illustrissimus et reverendissimus dominus episcopus Agriensis mihi et nonnullis compossesoribus bonorum huius desolatae abbatiae, quoad amicabilem compositionem, ratione eorundem bonorum, se gratiose interponere dignata sit: quia tamen iidem domini, hic et nunc, in aliis suis bonis et dominiis procul dissitis occupentur, ideo eosdem praesentialiter ipsemet adire nequivi, sed negotium hocce in aliud commodius distuli. Caeterum de aliis modalitatibus promovendi res nostras intentas non dubito, quin dominus reverendus pater Methudius Welehradii coram reverendissima dominatione vestra et venerabili conventu clarius et uberius loquetur, atque conferet, quam ego de iisdem scribere possem.

Ut autem verum fatear, multi ex clero, taceo saeculares, potenter disvadent, ne ulterius meam intentionem eo collineem, quo hactenus, ex eo, quod sicut inquiunt, hactenus reverendissimi domini sacri Praemonstratensis ordinis praelati suis praeposituris recenter in Hungaria recuperatis mereari potius, quam res Dei et ecclesiae eiusdem promovere dicuntur: ita verendum est, ne forte hic etiam in abbatia de Paszto idem tempore futuro contingat. Deinde aiunt sacrum ordinem omnia tantum parata velle habere, non autem expendere, cum iam saepius optimas occasiones redimendi nonnulla bona benevole oblatas sponte praetermiserint. Verbo etiam illustrissimus dominus episcopus totus contrarius est, aegre ferendo, quod a tanto tempore nihil efficaciter operati sumus. Unde svasit etiam, ut omnia rescindam et stylum alio vertam. Quidquid sit, absolute ego adhuc priorem animum non despondi, sperando his omnibus per contrarios actus nos obviaturos, modis et viis ab admodum reverendo patre Methodio oretenus declarandis. His me gratiae et favori reverendissimae dominationi vestrae totiusque venerabilis conventus demisse recommendans, maneo reverendissimae dominationi vestrae servus humillimus Andreas Zolnay, abbas Beatae Mariae Virginis de Paszto.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 2. nr. 49.

X.

Pásztó. 1698. julius 12.

Jászberényi Pál ecsegi plébános, Petik Pál ecsegi mester, Ferenczffy Pál volt pásztói mester és több pásztói esküdt tanuskodnak arról, hogy Zolnay András a királynak mindig mily hűséges alattvalója volt.

Nos infrascripti testamur vigore praesentium, reverendissimum dominum Andream Zolnay, abbatem Beatae Mariae Virginis de Pásztho, inter caetera laudabilia erga suam maiestatem sacratissimam praestita servitia non postremum eiusdem fidelitatis suae evidenter per hoc demonstrasse argumentum, quod idem dominus abbas adhuc in faucibus turcarum et sub iugo eorundem existens, tempore expugnationis Fülekiensis, in anno Millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo diebus mensis septembris per vezerium Budensem et alios infideles hostes factae et habitae, certos excellentissimos et illustrissimos dominos suae maiestatis sacratissimae ablegatos, quorum unus dicebatur esse Itatus Romanus comes, Constantinopolim causa pacis destinatos et missos, eosdemque Buda passus sibi impetrandi gratia ad castra turcica Fülekinum versus obviam vezerio per praenominatum oppidum Pásztho divertentes, eodem in loco periculoso praedictum turcicum vezerium Budensem expectantes, debito cum honore praeveniendo, et pro tutiori commodiorique permansione et quiete ad se invitando, honorifice exceperit omnique possibili modo honeste accomodaverit; nec non ferme per hebdomadam eosdem propriis sumptibus et hospitalitate honorifica intertenuerit, ac etiam in discessu inter castra turcica pari humanitatis et homagii fervore pro via de victualibus necessariis iisdem providerit, ipsis dominis ablegatis haec fidelia praefati domini abbatis servitia suspicientibus et sibi ipsis in his summe complacentibus. Super quibus sibi datas ab iisdem dominis ablegatis sub nominibus et titulis propriis attestatorias siquidem in disturbiis illius temporis se perdidisse, et ideo titulorum eorundem oblitum esse, uti et credendum est, asserat praetitulatus dominus abbas. Ob eam causam nos pro confirmatione praemissorum amplius et insuper praenominatum dominum abbatem propter praedicta et alia complura fidelia sua erga suam maiestatem bene

1692. szept.

merita tam gravem incursisse eo tum praesentium infidelium hostium, et post vicinorum etiam turcarum Agriensium, Hatvaniensium et Szécseniensium indignationem, ut quandoque ab iisdem haec omnia sibi ad faciem probrose et scommatice minitando obiicerentur, nec non aliquoties domum eius hostiliter invadendo, et omnibus bonis temporalibus exspoliando, ad necem eundem quaesierint, vixque se per fugam salvare potuerit; nonnunquam vero captus et arestatus, variisque iniuriis et contumeliis affectus, nonnisi per lytrum se eliberare, tandem ultimate hic et ibi ob mentum eorundem latitare misere aliquamdiu necessitatus fuerit. In quorum maiorem fidem has praesentes attestatorias litteras nostras propriis manibus subscriptas toties fato domino abbati usualibus sigillis nostris munitas dedimus. Datum in oppido Pásztho, die decima
1698. jül. 10. iulii, anno Domini Millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo. Paulus Jászberiny, parochus Ecsediensis m. p. (L. S.). Paulus Petik, ludi magister Ecsediensis m. p. (L. S.). Paulus Ferenczffy, pro tunc ludi magister oppidi Paszto, nunc vero Jaszberiniensis, sigillo alieno in defectu proprii m. p. (L. S.). Michael Palya oppidi Paszto senatus iuratus m. p. (L. S.). Gasparus Csor iuratus senator oppidi Pásztho, manu aliena et m. p. Andreas Vallus iuratus senatus oppidi Pasto m. p. (L. S.).

Papirosra irt eredetije: Zirczi apáts. levélt. Act. abb. Paszt. fasc. III. nr. 134.

XI.

Bécs. 1700. január 12.

Kollonich Lipót primás és esztergomi érsek a katholikus vallás terjesztése s emelése, a megajánlandó hadi segítség és a főpapok végrendelkezése ügyében értesíti Telekessy István egri püspököt.

Intimatio eminentissimi ac celsissimi principis domini, domini Leopoldi a Kolonics archi-episcopi Strigoniensis, primatis Hungariae, legati nati etc., ad illustrissimum ac reverendissimum dominum Stephanum Telekesi, tamquam administratorem dioecesis, et episcopatus Agriensis. Pro cura, quam in ecclesia Dei per Hungariam emolumenta spiritualia, aeque ac temporalia ex legationis nostrae primitialis et respective metropolitani muneris obligatione

Ciffer:

dies noctesque impendere non cesso: tria nunc potissimum occurrunt, quae in dominationis zelo et industria, quanto celerius fieri poterit, in opus deducenda commendare debui. Primum quidem est, ut cum, pace iam firmata, rei pariter catholicae in regno hoc apostolico promovendae, facilior se offerat occasio, dominatio vestra, inito cum viris probis gnarisque consilio ea mihi suggerat, per quae, salvis tamen adhuc hac vice regni articulis, haeresis per Hungariam, et in specie per iurisdictionem aut dominium dominationis vestrae curae commissum imminui possit, uti et media opportuna, quomodo catholica fides promoveri ac in pristinum statum sensim revocari possit. Alterum est, quod cum multa adhuc bona et proventus ecclesiastici prae manibus camerae aulicae haereant, ad frequentem meam, eatenus apud sacram maiestatem factam intercessionem eadem resolverit ac per benignissimum decretum mihi intimaverit: in facto bonorum ecclesiasticorum in partibus antehac Turcae tributariis, iam vero Dei spe victoriosis suis armis recuperatis situatorum clementissime a se resolutum esse, ut eadem bona, praevia iurium suorum edoctione et liquidatione, praelatis iure ipsis incumbente restituantur; ita tamen, ut pro immensorum sumptuum aliqua recognitione, ex seu iure, seu gratitudine armorum, certam universim oblationem faciamus. Hinc est, quod praepositos, abbates, priores, capitula, conventus, collegia ac quorumcunque beneficiorum, seu regularium seu ecclesiasticorum in ea dioecesi existentium possessores, et in specie dominationem vestram praesentibus requiro, ut intra bis quindenam ex dominatione vestra clare intelligam, quid ipsa, vel alii curae ipsius subiecti in particulari pro plena bonorum suorum aut decimarum e manibus camerae liberatione offerre velint. Qua in re excusationibus aliud nihil, quam moras longiores, adeoque damnorum continuationem impetrabimus. Adnecto puncta, secundumquae utrumque postulatum melius explicari poterit. Tertium est, quod cum spolium illud, quod post mortem praelatorum cum magna totius fere Hungariae cleri infelicitate hactenus usitatum fuit, plerosque deterruit, quominus residentiis suis de utensibilibus aliisque ad commoditatem et honestatem ecclesiasticae dignitati congruentem facientibus providerent. Huic malo ut remedium pareretur, ab augustissimo caesare decretum impetravi, ut ecclesiasticorum quilibet inventarium

15677/3

rerum utensilium, quae in residentia sua pro successorum usu velit relicta, conficere possit. In quae ius omne camerae, licet ab intestato ecclesiasticorum aliquem vita decedere contingeret, ademit, sed et ab aliis distrahi gravi poena inhibuit. Inventaria haec deberent in capitulo esse adnotata, ut secundum ea successor ab antecessore, si viventi succedat, vel eius haeredibus res utensiles possit exigere. Quod ut in opus deduceretur, ecclesiastica suadet honestas, imo et utilitas, ne novi residentias suas omnibus necessariis vacuas ingredi, adeoque graves statim in principio sumptus facere cogantur. Caeterum domininationi vestrae uberem e coelo benedictionem precor et operam meam, si gratificari aliquid pos-
1700. jan. 12. sim, sincere adduco. Viennae Austriae die duodecima ianuarii, anno Millesimo septingentesimo. Dominationis vestrae servus et parens Leopoldus cardinalis a Kolonics.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 36. nr. 1.

XII.

Bécs. 1701. április 9.

A bécsi udv. kamara felszólítja a magy. kir. udv. cancelláriát, hogy azon királyi rendeletet, mely az egyházi birtokoknak visszaadásáról, a tizednek a magyarországi főpapság által fizetendő tizedrészéről s a kegyuri jogról szól, közölje Kolonich Lipót primással, az egész magyar papsággal, sőt az egész országgal.

Sacrae caesareae regiaeque maiestatis inclitae cancellariae Hungaricae aulicae praesentibus insinuandum, qualiternam modo summedicta sua maiestas sacratissima, ut Hungariae rex apostolicus et summus ecclesiarum Dei patronus ac religionis custos, sponte sua motuque proprio, non tantum in executione clementissima super restitutione bonorum ac iurium victricibus armis ab immani christiani nominis hoste vindicatorum ecclesiae et venerabili clero
1690. aug. 11. Hungariae fienda, anno Millesimo sexcentesimo nonagesimo, die undecima mensis augusti emanatae, verum etiam ad pientissimum votum, bello adhuc Turcico durante, ex solo pietatis ac devotionis suae divinique cultus per totum Hungariae regnum restabiliendi atque promovendi zelo emissum, nunc tandem per Dei optimi

maximi gratiam obtenta pace, ac regni istius tranquillitate subsecuta rite complendum; non minus quam ad humillimam venerabilis cleri Hungarici, eiusdemque supremi antistitis, archi-episcopi Strigoniensis et totius regni eiusdem primatis, sanctae Romanae ecclesiae cardinalis, eminentissimi principis ac domini Leopoldi a Kollonicz, qua plenipotentiarii, eatenus ab universo clero Hungariae specialiter requisiti instantiam et ulteriorem declarationem, superindeque prius altefatae suae sacratissimae caesareo-regiae maiestati in pleno demisse factam relationem clementissime resolverit, omnia et singula iustissimis, ideoque gloriosissimis armis suis a Turcarum tyrannide feliciter recuperata bona iuraque ecclesiastica legitime edocta, praesertim vero decimas Deo et eiusdem ecclesiae catholicae per Hungariam antiquitus cessa et dicata omnino restituenda, suisque legitimis praetensoribus, modis tamen et conditionibus harum serie luculenter declaratis, reassignanda esse, et quidem primo: Ut omnis generis decimae iuxta primaevas divorum quondam Hungariae regum, ac nominanter Sancti Stephani prothoregis apostolici Hungariae, fundationes et constitutiones, ac usu roboratas consuetudines patrias, antiquitus exigi et percipi solitae, generaliter Deo et ecclesiis dicatae, venerabili clero statim ab instauratione et publicatione huiuscemodi benignissimae resolutionis resignentur, imposterum pleno et integro iure ab eodem percipiendae et usufructuandae; attamen iure praearendationis decimarum fisco regio ad confinia competente, in eventum ulterioris bellicae necessitatis et exigentiae, pro sua sacratissima regia maeistate per expressum reservato et omnimode salvo permanente; prout non minus saepefata maiestas sua sacratissima ad sui desiderium gratuitum ab antelato quoque eminentissimo cardinali a Kolonicz proprio, et universi Hungariae cleri ecclesiastici et regularis, quicunque decimandi ius exercere dignoscitur, nomine tam in aliquali gratitudinis suae contestationem et sic dicti iuris armorum immensis diuturni huius belli sumptibus ac copiosissima humani sangvinis profusione aquisiti recognitionem, quam in vicem praehabiti oneris Banderiorum militarium antehac ingentibus cleri Hungarici expensis ad insurrectionem contra communem christianitatis hostem usitatorum, nunc vero penitus sublatorum, oblatum quasi lytrum, decimas nempe decimarum cuiuscunque generis frumenti, tritici, siliginis, hordei

et avenae, et quidem ab omnibus et singulis in toto regno existentibus cleri membris, eo quod non minus omnes et singuli securitate et tranquillitate regni publica suis armis stabilita gauderent, quamdiu necessitas fortalitia et milites intertenendi exposcet, salva tamen abinde prius separanda consveta sedecima, pro parochorum intertentione deputata, annuatim praestandarum benigne acceptavit adeo, ut ab hac universali granorum decimalium decimae partis subsidiaria praestatione nullus omnino eximendus, ac proinde quoque omnis et singulus, quicunque nunc et in futurum extiterit decimarum arendatarius, et quidem sine ulla defalcatione seu diminutione contractualiter summae arendatitiae venerabili clero nihilominus et integraliter exsolvendae; non secus ac ipsemet clerus praelibatam decimalis frumenti partem decimam suae sacratissimae regiae maiestati pendere sit obligatus, eamque ex hac aequali decimarum decima parte resultantem supradictorum granorum quantitatem et ecclesiastici, et regulares non minus. quam arendatarii quicunque fuerint, per ipsosmet dominorum terrestrium tam ecclesiasticorum, quam saecularium subditos decimatarios, tanquam aliunde etiam pro publica regni utilitate laboribus gratuitis praestandis obligatos ad certa loca, seu praesidiaria, seu annonaria per excelsam caesareo-regiam cameram aulicam specifice denominanda, atque certis in comitatibus designanda semper tempestive, nimirum in una medietate circa festum Sancti Michaëlis archangeli, et in altera dimidietate circa festum Sancti Georgii militis et martyris, aut si maluerint, citius in toto simul et gratis meliores, quo fieri potest modo, convehi curare debeant. Ne vero secundo tam contra primorum fundatorum quondam Hungariae regum, quam et modernae saepius praedictae suae sacratissimae caesareo-regiae maiestatis, utpote neo-fundatoris pientissimi sanctam intentionem in praestatione seu collectione decimarum, et ab eisdem suae maiestati regiae per totum obtingentis decimae partis defraudatio quaedam, aut circumventio dolosa vel renitentia plane comittatur: eadem sua sacratissima caesarea regiaque maiestas prioribus hac in parte sanctis regum constitutionibus et legibus patriis firmiter inhaerendo, clementer praecipit ac regia apostolica authoritate serio demandat, quatenus omnes et singuli, tam romano-catholici, quam graeci ritus, aut alterius cuiuscunque religionis ac nationis

in Hungariae et eidem antiquitus appertinentibus regnis et partibus degentes homines, plane ad divorum antea regum atque fundatorum in literis eorundem collationalibus expressam mentem, et eatenus in Hungaria passim receptam consuetudinem, praestandas omnis generis decimas venerabili clero, vel eiusdem loco denominatis arendatariis, aut decimatoribus omnino genuine, rite ac fideliter insinuare statutisque temporibus recipiendas tradere non praetermittant; secus facientes poenam dupli consequenter et severiores animadversiones cum gravissima sacratissimae caesareo-regiae maiestatis indignatione, qua ut supremus ecclesiarum protector et vindex huiuscemodi, quotquot eatenus evenire contigerit, refractarios et fraudulentos actus non relinquat inultos, haud dubio sint incursuri. Tertio: Neque minus exacte, quam et fideliter bini a quolibet capitulo deputandi et committendi canonici, vel praebendarii sub homagiali suo, quo Deo, regi et ecclesiae sunt obstricti, iuramento, in certis eisdem capitulariter assignandis districtibus antelatas decimas modo et ordine iam praescitis, ad fideles regnicolarum quoque, si necessum fuerit, solenniter adiurandorum fassiones, et pro rerum exigentia in faciebus locorum manipulos dinumerando, vel horrea, seu granaria ad libitum visitando, in regestrum capitulare congerant et omnia ad amussim conscribant, ac genuina desuper cameris regiis vel officialibus ad id constitutis facta communicatione, veram ac sinceram decimarum repartitionem et condivisionem ita peragant, ut deducta prius sedecima parochorum intertentioni debita, semper iusta et adaequata iam recensitorum granorum decimarum decima pars in toto regno Hungariae et omnibus eo spectantibus partibus integre, et quidem ut nullus regiorum ad collationem decimarum alias deputandorum hominum gravaminibus saepius expositis subiiceretur, in granis extrituratis et bene purgatis secundum probam a decimatoribus capitularibus dicto sub iuramento fiendam, toties summe dictae suae maiestati regiae modo supradicto pro publico fidelissime subministretur, perque decimatarios sive ecclesiasticorum, sive saecularium dominorum terrestrium subditos ad designata praedia in domos annonarias vecturis gratuitis convehatur et transportetur; qua in parte, quod de venerabili clero tamen haud praesumendum, ideoque magis avertendum est, si per reticentiam, quando nempe

totalis mentionatorum granorum decimalis quantitas caesareo-regiis officialibus non ita candide et integre, sicut de puritate conscientiae deberet insinuari et aperiri, dolosa sponte fors intermitteretur aut quovis alio modo fraus aliqua, vel circumventio damnosa fisco regio eatenus illata comperiretur, eo casu, toties-quoties eveniente, pars illa cleri in hoc delicto actualiter deprehensa poenam alias patriis legibus contra laicos in puncto praestandarum decimarum renitentes, ad defraudatores statutam ipsamet luere, scilicet duorum annorum decimas amittere debeat, quidem adeo, ut nihilominus, deducta prius parochorum sedecima continuo salva manente, loco unius alioquin fisco regio solum debitae decimarum decimae novem plane decimarum praescitorum granorum partes, amica decimarum decima attunc simili delinquenti tantum cedente reservata, suae sacratissimae regiae maiestati propter emendam pendere et concedere teneatur. Propterea quarto: Omnia et singula bona iuraque Hungarico-ecclesiastica etiamnum prae fisci regii manibus existentia, et inquantum illa venerabilem Hungariae clerum, tam ecclesiasticum, quam regularem prioribus saeculis et temporibus bono iure concernuisse et ab eodem actualiter iusto titulo tenta et legitime possessa fuisse, literalibus instrumentis sufficienter edoctum fuerit, si quid episcoporum aliorumque beneficia ecclesiastica possidentium bona et iura possessionaria haereditaria post mortem eorundem, non extantibus aliis legitimis successoribus, fisco regio iuxta leges patriae competere dignoscerentur, de fisci regii, seu cameraticorum officialum manibus ad manus eiusdem venerabilis cleri Hungarici transferenda, actualiter extradanda, perpetuo possidenda ac debite fructificanda resignentur; ea tamen cum modalitate et limitatione firmiter observanda, ut haecce bonorum et iurium atque proventuum ecclesiasticorum fienda restitutio cum onere evictionis in venerabilem clerum omnino translatum intelligenda; ast vero ad fructus ab ipsamet regia maiestate, vel eiusdem gloriosissimae recordationis praedecessoribus perceptos extendenda minime foret; quo e contra Quinto: Siquidem communi iustitia svadente, non minus, quam lege regni dictante et potissimum imminente clausula salvatoria regiis donationalibus semper inseri solita, videlicet salvo iure alieno, praesertim vero ecclesiarum Dei, liceat unicuique id, quod suum est, recto iuris tramite reaquirere, saepius altememorata

sua caesareo-regia maiestas sacratissima denuo praesentibus expressam eiusdem venerabili clero tribuit et confert plenariam potestatis facultatem, omnia et singula bona et iura quondam pure ecclesiastica recuperandi et omnino reluendi. Tamen ea conditione pariter annexa, quatenus idem clerus illa propriis suis fatigiis, curis et expensis, suoque periculo per consuetam viam iuris ordinariam evincere, consequenter et summas pecuniarias similibus bonis et iuribus, caeterisque proventibus ecclesiasticis per antea legitime inscriptas, seu pro iisdem hactenus legitimis regibus, aut sacrae regni Hungariae coronae liquido persolutas omnino refundere, et alias quascunque superinde pactatas conventiones liciteque stipulatas conditiones plane eodem modo, quo rex de iure teneretur, adimplere; desuper omnia quarumvis evictionum in fiscum suae maiestatis regium forsan hactenus assumptarum onera pariter in se levare, sicque fiscum regium eatenus omnino liberum et quietum reddere debeat. Ne tamen ea bonorum atque proventuum ecclesiasticorum debito iuris ordine recuperandorum clero data facultas extendatur ad illa dona, quae ab ipsomet clero plane deserta, cumque magna animarum iactura contra sanctam fundatorum intentionem pro derelictis habita cuidam alteri catholicae religionis ordini iam actualiter collata, vel aliis beneficiis ecclesiasticis incorporata, seu pro bono publico ad alias pias eiusdem orthodoxae religionis causas, inter quas quidem acatholicorum fundationes, quaecunque forent, nullatenus recensendae, hactenus ex beneplacito regum applicata fuerunt; quo in passu via legandi neutiquam aperienda est, sed tantum respectu illorum ecclesiasticorum aut regularium, qui aliquando hostili vi et potentia maiori suis bonis expulsi et habitis iuribus videnter destituti, sicque inviti bonis cedere coacti sunt, iidem abinde iure postliminii contra illegitimos detentores salvo permanente; quem in finem tali sub limitatione melius assequendum. Sexto: Quaecunque prae fisci regii manibus sunt et in camerarum archiviis reperibilia documenta et instrumenta literalia ecclesiam Dei et eiusdem clerum tam ecclesiasticum, quam regularem Hungaricum ab antiquo tangentia et quovis modo concernentia, per unum cameralem et alterum capitularem eatenus hinc deputandos, sumptibus autem universi eiusdem cleri, ac ideo absque ulteriori cancellariae taxa, penes archiva

tantisper intertenendas personas fidedignas et antiquarum scripturarum commode legendarum peritas omnino exquirenda; nec non posteaquam a iuratis nostris de verbo ad verbum genuine descripta fuerint, propriis utriusque deputati manibus subscribendis, ac sigillo regio corroborandis authenticis in paribus eidem venerabili clero, primum quidem universaliter ad archi-episcopale archivum Strigoniense, denique etiam unicuique praetendenti domino episcopo, praelato et cuicunque beneficiato individualiter sua pro notitia et iurium ecclesiasticorum uberiore cautela, tamen erga praevie assumenda et a fisco regio plane levanda quarumlibet evictionum hactenus in reges forsan assumptarum onera, quae tunc, ut supra mentionatum est, ipso facto in clerum, conderivantur, omnino communicentur et fideliter extradentur; et haec ipsa paria tunc et in posterum coram omnibus ac singulis, et summis et infimis regni Hungariae et annexarum partium dicasteriis et iudiciis ipsorummet originalium loco valitura plenae probationis fidem ac robur habeant. Quia vero saepius summedictae regiae suae maiestatis apostolicae, qua perpetui ac supremi ecclesiarum patroni atque bonorum eorundem conservatoris, nec non sacrae regni Hungariae coronae, velut ad quam et regiam collationem omnia tam ecclesiastica, quam saecularia bona iuraque possessionaria et incorporalia per defectum unius, vel alterius semper devolvuntur, plurimum interest exactas omnium bonorum et iurium caeterorumque proventuum ecclesiasticorum notitias et positivas huiusmodi rerum scientias habere: clementer resolvit et harum serie demandat crebrius altefata sua sacratissima caesareo-regia maiestas, ut omnium ac singulorum eiusmodi bona iuraque ecclesiastica, etiam saltem praetensa quovis modo concernentium ac tangencium literalium instrumentorum atque documentorum paria, quae in camerarum archiviis forte nec originaliter, nec authentice reperirentur, sed in praerepetiti archi-episcopalis Strigoniensis, aut aliorum quorumcunque in Hungaria et eo pertinentibus regnis atque provinciis existentium et habitorum capitulorum, conventuum et aliquorum fidedignorum locorum archiviis deposita, seu quarumcunque ecclesiasticarum, seu regularium personarum privatis in manibus forsan existerent, hinc inde sedulo et graviter exquirenda sub iuramento semper Deo et regi debito, fideliter extradanda et per

antelatos regium cameralem et capitularem homines modo praedeclarato revidenda et authenticanda, parisque fidei et plenariae authoritatis robur attunc ubivis habitura, vicissim per dominum archi-episcopum regiae suae maiestatis camarae Hungaricae communicari debeant, in eiusdem archivo cum reliquis fideliter asservanda; quinimo pro firmiore bonorum atque iurium ecclesiasticorum tuitione et magis evitanda litium et tricarum, aliarumve similium difficultatum, quibus ea saepius involvuntur, ansa et occasione poenitus amovenda, et eatenus per modernum venerabilem clerum noviter introducendo meliore ordine quamoptime consultum adinvenit sua caesareo-regia maiestas sacratissima firmiter praecipiendo, quatenus ad normam et formam in reliquis suis regnis, atque provinciis haereditariis passim observari consvetam non tantum in noviter aquisitis uniuscuiusque beneficii bonis, iuribus, redditibus atque proventibus, quantumvis ampla aut exigua fuerint, particulare quoddam urbarium, seu inventarium in dupplo conficiatur, cuius unum in capituli, seu conventus sui, et alterum exemplar originale in sacratissimae suae maiestatis regiae camerae Hungaricae archivo conservandum esset, toties, quoties vacaturi cuiuscunque, vel episcopatus, aut praelaturae, seu praeposituraе, vel abbatiae, sin etiam canonicatus, aut praebendae, parochiae, vel alterius simplicis beneficii neo-installando possessori cum onere conservationis et restitutionis de successore in successorem authenticis in paribus tradendum ac consignandum. Ut autem circa bona et iura cleri, maxime decimas, omnia etiam quoad temporalia bono et debito iuris ordine procedant, septimo: Saepius altenominata sua sacratissima caesareo-regia maiestas, authoritate et regii apostolatus munere sibi competente per modum ad hoc specialiter delegatae comissionis regiae, eam praelibato domino cardinali a Kollonicz, ut archi-episcopo Strigoniensi et supremo cleri Hungarici praesuli nec non totius regni illius primati, vi praesentium benigne confert potestatis facultatem, quatenus omnes et singulas, inter ipsummet scilicet venerabilem Hungariae clerum, et ecclesiasticum et regularem, tam ratione decimarum, quam bonorum caeterorumque iurium ac proventuum ecclesiasticorum, etiam quoad temporalia forte motas, aut movendas lites ventilandas, partium hinc inde controvertencium causas et negotia coram

sacra sede sua archi-episcopali in forma primae instantiae meliore, qua par est, legibusque regni consona modalitate iam praescita complanare et pro iustitia determinare valeat; ne tamen caeterum hoc ipso positivis regni legibus et eiusdem iudicum ordinariorum officiis, atque iurisdictionibus, quibus ipse clerus suo modo his in casibus quoque subesse et iudicatum in temporalibus sustinere deberet, uti nec iuris beneficiis ad iudicem scilicet superiorem, vel aulam augustam recurrendi in minimo praeiudicetur. Cum vero octavo: Paucissimae et vix aliquae parochiae in partibus Hungariae et annexarum provinciarum noviter aquisitis et recuperati dotatae habeantur, abindeque propter defectum honestae sustentationis parochorum maxima sit penuria: ex quo praeter divini cultus intermissionem quoque certa multarum animarum iactura sequitur et complurium sectarum irreptio. Volens sua caesareo-regia maiestas tantis malis etiam congruo remedio providere, clementer ac serio statuendo, quod omnes et singuli terrestres domini, prout de iure tam municipiali Hungarico, quam imperiali communi ad hoc essent obligati, qua parochiarum patroni ecclesias catholicas in bonis suis illico restaurare et congruenter dotare, nec non parochos, ludimagistros, ac aedituos competenter sustentare debeant. Quem in finem quoque domini episcopi praelati et abbates subordinatis parochis annuatim suppeditandas sedecimas fideliter et exacte conferant, et omnem in eo curam et operam suam collocent, ut viri bene docti et probae vitae homines, qui gregem sibi concreditum non tantum verbo divino pascere, sed etiam bono exemplo praeire noverint, pro parochis suscipiantur et in numero, si non plane sufficiente, saltem hic et nunc apprime necessario, et suis cum requisitis et ministris debite congruenterque sustentandis in bono statu conservare sint obligati, locis commodioribus constituantur. Quem in finem suos alumnatus restaurare et ampliare, casu autem, quo nullos haberent, saltem in unaquaque dioecesi unum erigere sufficientibusque mediis locupletare satagant; unde capaciora subiecta altioribus scientiarum theologicarum, saltem moralium atque legum canonicarum eruditionibus graviter imbuenda et cum fructu, rebus et muniis sacris tanto melius peragendis, pro Dei gloria et animarum salute queant suis dioecesibus utiliter servire. Quibus omnibus debito effectui man-

cipandis, primo quidem domini episcopi ex officio sibi incumbente, conatus suos viriliter impendant, ac inter eos praecipue dominus eminentissimus cardinalis a Kollonicz, ut cleri Hungarici caput, tamquam archi-praesul Strigoniensis, ex omni parte superintendendo, quam optime consulare noverit, quin deinde ad sibi subiectum universum Hungariae clerum bene dirigendum et res ecclesiasticas paulatim in meliorem ordinem redigendas consvetas synodos singulis angariis celebrare non gravabitur. Hisce praeviis denique nono: Pro maiore divini cultus ornamento veraeque orthodoxae religionis catholicae incremento successive promovendo, toties summe dicta sua maiestas sacratissima, tamquam rex apostolicus et supremus sanctae religionis custos ac perpetuus ecclesiarum Dei patronus, ex plenitudine suae potestatis absolute resolvit ac sancte constituit, quatenus in partibus regni Hungariae et eidem annexarum provinciarum noviter acquisitis, iura patronatus ecclesiarum nullis aliis, quam personis romano-catholicis imposterum conferantur. Et casu, quo talis antea catholicus dominus terrestris, aut alter quidam unius, aut plurium ecclesiarum existens patronus, vel eiusdem successor aliquis futuris temporibus a vera salvifica fide et catholica religione quoquo modo deficeret, vel etiam uni, vel alteri acatholico una cum huiuscemodi bonis sive per connubium, sive concambiationis, emptionis aut impignorationis, seu quocunque alio, etiamsi iustissimo titulo comparatis, simile ius patronatus accederet: tunc ipsum ius patronatus in proximum similis deficientis a fide vel acatholici aquisitoris cognatum, vel agnatum, talibus autem non existentibus, aut passim in fide, vel in semine deficientibus, illud ius patronatus plane in fiscum regium usquedum ad catholicorum manus eadem bona cum perennali et rursum addendo iure patronatus redierint, indispensabiliter et continuo devolvatur. Quam suae sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis, domini nostri clementissimi in praemissis punctis expresse declaratam benignissimam resolutionem per omnia et singula debito effectui mancipandum antelata inclyta cancellaria Hungarico-regia itidem aulica primo quidem titulato eminentissimo domino cardinali a Kollonicz, ut archi-episcopo Strigoniensi, qua totius cleri Hungarici capiti ac plenipotentiario, nec non reliquis episcopis et capitulis, prout etiam conventibus et monasteriis,

caeterisque locis authenticis, pro notitia iuriumque suorum uberiore cautela, non minus, quam strictissima eiusdem observantia, deinde etiam toti regno Hungariae et appertinentibus partibus per omnes et singulos comitatus, quatenus obsequentissime debitum his omnibus morem gerere debeant, intimari et publicari facere non gravetur. Cui de reliquo praementionata haecce camera aulica ad vicissim exhibenda quaevis grata reciprocae propensionis officia
1701. ápr. 9. semper addicta manet. Viennae, die nona mensis aprilis, anno Millesimo septingentesimo primo. Ex consilio camerae caesareae aulicae.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 36. nr. 2.

XIII.

Bécs. 1701. április 9.

I. Lipót király közzéteszi s kötelezőnek nyilvánítja azon rendeletét, melyet az egyháziaktól elfoglalt javak visszaadására s a tizedek tizedének fizetésére nézve kibocsátott.

Leopoldus Dei gratia etc. fidelibus nostris universis et singulis reverendissimis, reverendis, venerabilibus, honorabilibus dominis archi-episcopis, episcopis, abbatibus, praepositis, capitulis et conventibus, generaliter vero quarumvis sacrae regni nostri Hungariae coronae subiacentium dioecesium ecclesiasticae simul et regularis conditionis praelatis, archidiaconis, plebanis et ecclesiarum Dei rectoribus ac ministris; nec non illustri sacri regni inclyti principi, dicti regni nostri Hungariae palatino, spectabilibus ac magnificis, item ac egregiis prudentibus et circumspectis iudici curiae nostrae regiae praefatorum regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae bano, tavernicorum nostrorum regalium magistro, praesentiae nostrae regiae in iudiciis locumtenenti, eorundemque vices gerentibus, praeterea suppremis et vice-comitibus, iudicibus nobilium ac iuratis assessoribus, totis denique universitatibus dominorum praelatorum, baronum, magnatum, nobilium, quorumcunque praefatorum regnorum nostrorum Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae partiumque his annexarum et comitatuum, ac demum iudicibus, magistris civium, senatoribus ac communitatibus liberarum ac

regiarum civitatum nostrarum, prout et oppidorum, et pagorum, et villarum rectoribus, cunctis denique cuiuscunque status, gradus, honoris, conditionis, et praeeminentiae hominibus, praelibatae sanctae regni nostri Hungariae coronae subiacentibus subditis nostris salutem et gratiam. Notum facimus tenore praesentium, quod nos pro singulari ad promovendam Dei ter optimi maximi laudem et gloriam, et ecclesiae suae sanctae incrementum, cura atque studio nostro, velut praefati regni nostri Hungariae rex apostolicus[1]...

Quapropter universis et singulis, quibus supra, fidelibus nostris dicti regni nostri Hungariae et regnorum ac partium eisdem annexarum firmiter committimus et mandamus, quatenus praemissam benignam resolutionem nostram in omnibus eiusdem punctis, clausulis et articulis debito effectui mancipare et eidem debitum morem gerere obsequiosissime debeant et teneantur. Executuri per hoc absolutam benignam voluntatem nostram, secus non facturi. Datum in civitate nostra Viennae, Austriae, die nona mensis aprilis, anno Domini Millesimo septingentesimo primo. Regnorum nostrorum 1701. ápr. 9
Romani quadragesimo tertio, Hungariae et reliquorum quadragesimo sexto, Bohemiae vero quadragesimo quinto. Leopoldus, m. p. Ladislaus Mattyasovszky, m. p. episcopus Nittriensis. Franciscus Somogy, m. p.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 56. nr. 2.

XIV.

Bécs. 1701. június 28.

I. Lipót király a tized és a tizedek tizede ügyében országosan intézkedik.

Leopoldus etc. Reverende, fidelis, nobis dilecte. Apprime recordabimini benignissimae, in facto ecclesiasticorum bonorum in neoaquisitis partibus pergloriosa arma nostra e potestate Turcica vindicatorum existentium, prout decimarum venerabili clero competentium restitutionis, sub dato adhuc in civitate nostra

[1] Innét kezdve az oklevél szóról-szóra egyezik az 1701. ápr. 9-iki keletű — ezen kötetben, Oklevéltár XII. sz. okl. — oklevéllel, leszámítva ennek a végét Quam suae etc.

Vienna, Austriae, die nona mensis aprilis, anno nunc labente infrascripto, factae resolutionis, superindeque emanati diplomatis nostri, ibidemque contentorum punctorum. Et quia iam medio etiam camerae nostrae aulicae clementissime ordinassemus, officialibusque cameralibus serio iniunctum esset, ut praeattactas decimas ex integro eidem venerabili clero resignent et remittant percipiendas ita, ut qui episcoporum aut praelatorum vel etiam beneficiatorum antehac medias dumtaxat percepissent decimas, altera autem medietate pro fisco nostro regio applicata existente, iam de praesenti, ac in futurum alteram etiam medietatem, seu integras percipere valeant; salvo tamen semper iure cuiusvis beneficiati, ad easdem nefors legitime praetendentis. Quas autem propter exertas etiam inter praefatum clerum de proprietate nonnullarum decimarum quaestiones, et hactenus nimis edoctam proprietatem camerarum nostrarum officiales ex integro percepissent, eaedem quoque nunc et in futurum in rationem eiusdem cleri cedant, ad avertendas nihilominus quasvis violentias et inter clerum ne fors scandalosas etiam eatenus disceptationes, dum unam eandemque in specie decimam duo, vel plures etiam vestrum, adhibita quoque vi, exigere vellent. Ideo eiusmodi decimarum percipiendarum ubique curam habebit episcopus dioecesanus in sua dioecesi, ubi nimirum spiritualem exercet iurisdictionem, quas etiam in forma sequestri reservabit; iis expost, qui ad easdem ius suum coram conferentia eum in finem per maiestatem nostram in priori benigna resolutione nostra puncto septimo ordinata et iam nuperrime inchoata, et ternis hebdomadalibus sessionibus continuanda legitimum ius suum et proprietatem edocuerint, ad determinationem eiusdem conferentiae ipso facto assignandas. Unde a violentis decimarum exactionibus omnes et singulos ipsi episcopi dioecesani arcebunt, praetendentes vero abstinebunt; securi in eo existentes, quod quascunque similes decimas illegitimo fors titulo cum iniuria tercii sibi appropriaverit, iniuriatus negotio ad praefatam conferentiam delato ac iure suo illataque sibi iniuria comprobatis, adaequatam obtenturus sit satisfactionem. Cum autem iuxta priorem itidem benignam resolutionem nostram decima decimarum pro necessitate et conservatione confiniorum nostrorum per cameraticos officiales nostros percipienda veniet, ideo eiusmodi decimas percipientibus incumbit de earundem

decimarum decima ad constitutos eum in finem officiales nostros cameraticos facere intimationem. Et haec decimarum decima velut praecise pro conservatione confiniarii militis deputata ad solas dumtaxat fruges decimationi obnoxias et puncto primo praeattactae benignae resolutionis nostrae, seu diplomatis denominatas intelligenda extendatur; reliquis decimis, utpote agnellorum, vini, apum et his similium pro decimatoribus ex integro obveniendis. Pari ratione eodem puncto ius praearendationis decimarum ad confinia competens pro maiestate nostra reservatum ad fruges dumtaxat intelligendum, clementer decrevimus; super reliquis autem decimis, praeter fiscum nostrum regium praearendatas, liberum erit dominis terrestribus eatenus cum arendantibus convenire. Ne autem praeattactus clerus per hancce praearendationem sese quoquomodo gravari querulari possit, benignissime id quoque annuimus, ut idem clerus arendare solet, eas fiscus noster regius praearendare possit, et quidem praevie semper in termino legali festi Sancti Georgii in futurum observanda pecuniaria exsolutione, secundum ineundam desuper cum clero conventionem, ubi hactenus necdum statutum et determinatum arendae habuissent pretium. Porro ne sub huiusmodi praearendationis praetextu vel clero vel dominis terrestribus per nonnullos inferatur iniuria, eandem ita intelligendam benigne declaramus, ut praearendatio solius grani nonnisi pro immediata confiniorum necessitate fieri possit. Universas itaque subarendationes sive pro officialibus, seu aliis quibuslibet, in fraudem arendantium vel dominorum terrestrium, aut etiam fisci nostri regii omnino vetitas et gravi poenae in contrarium attentantes, animadvertendum esse volumus et iubemus. Ac proinde fidelitati vestrae hanc benignam declarationem et ordinationem nostram pro ulteriori sui directione clementer intimantes, prout eandem rite observandam per fidelitates vestras cupimus, ita se quam circa memoratas decimas difficultatem aut controversiam haberetis, eandem coram praementionata conferentia proponere abindeque praestolari noveritis. Eidem in reliquo gratia nostra caesareo-regia benigne propensi manentes. Datum in civitate nostra Vienna, Austriae, die vigesima octava mensis iunii, anno Domini Millesimo septingentesimo primo. Leo- 1701. jun. 28.
poldus m. p. Ladislaus Mattyasovszky episcopus Nittriensis. Franciscus Somogy m. p.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 56. nr. 5.

XV.

Nezorin Flórián kéri a pozsonyi kamarát, hogy őt a pásztói apátságba vezettesse be.

Inclytum regium camerale Consistorium!
Domini Domini Gratiosissimi!

Ex retroactis penes isthanc cameralem cancellariam reperiendis inclytum camerale consistorium gratiose dispicere sibique in memoriam revocare dignabitur, qualiter dudum lapso anno Millesimo
1703. septingentesimo tertio, posteaquam anno immediate antecedenti,
1702. nempe Millesimo septingentesimo secundo, a gloriosae reminiscentiae Romanorum imperatore Leopoldo Primo, qua Hungariae condam rege, vacans abbatia Beatae Virginis Mariae de Paszto, in superiori Hungaria comitatuque Hevesiensi situata, ac iam ante plus, quam saecula, pro ordine Cisterciensi fundata, mihi infrascripto, modofati ordinis ac Wellehradensis monasterii in Moravia abbati, benigne collata fuisset; ab inclyto hocce camerali consistorio, praestitis a me praevie de more praestandis, ad dominum Borschitzky, tricesimae Neo-Zoliensis exactorem, mandatum emanaverit, vigore cuius ego in praememoratae Pasztensis abbatiae actualem possessionem, in quam quidem iam antehac anno nimirum Mille-
1699. Apr. 28. simo sexcentesimo nonagesimo nono die vigesima octava mensis aprilis, uti liquet ex allegato sub littera A.,[1] nomine totius Cisterciensis ordinis introductus fueram, nunc denuo post obitum prioris possessoris, tenore obtentarum novarum desuper collationalium immititti ac introduci debueram. Siquidem vero praelibatum camerale mandatum, ob intervenientes circa idem tempus notissimas regni calamitates, invigorosum effectuque destitutum remansisset, ac interea, durantibus belli motibus, abbatia haec cum suis appertinentiis a diversis direpta et violenter occupata fuisset: eapropter inclytum camerale Consistorium hisce demisse requiro, quatenus illud mihi dupplicatum praefati mandati iam abinde, uti praefatum
1703. est, anno Millesimo septingentesimo tertio emanati, extradare, ac vigore eiusdem supranominato, vel alteri cuidam viciniori domino tricesimatori, veluti Secseniensis (így) esse posset, gratiose demandare

[1] *Békefi Rem.:* A pásztói apáts. tört. I. k. 637. l. CCXXVIII. sz. okl.

dignetur, ut is me ad mentem praementionatarum benignarum collationalium in actualem dictae Pasztensis abbatiae possessionem reponere ac pulsis quibuscunque violentis usurpatoribus et detentoribus, conformiter ad benignas litteras patentes ipsasque generales amnestiales, restituere ac reincorporare haud differat. Quam gratiam utpote aequitati innixam praestolaturus, persevero inclyti regii cameralis consistorii obsequiosissimus

Frater Florianus abbas de Wellehradio
et de Paszto m. p.

Papirosra irt eredetije: Magyar országos levéltár. Eccl. Cam. fasc. 30. nr. 41.

XVI.

Wellehrád.

Hermann Engelbert apátja, Nezorin Flórián nevében kifejti az egri püspök előtt az okokat, a melyek szerint az apáti ház és a malom a cziszterczi rendé; s ezen alapon kéri a püspököt, parancsolja meg a pásztói plébánosnak, hogy mind a házat, mind a malmot adja vissza a pásztói apátságnak.

Illustrissime et Reverendissime Domine Domine Episcope!
Domine et Patrone Colendissime!

Cum omnimodae submissionis debitaeque venerationis contestatione Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae, qua plenipotentiatus mandatarius domini abbatis mei de Wellehradio et de Pásztó, sacri ordinis Cisterciensis, hisce in memoriam revocare necessitor, quod gloriosus condam Romanorum imperator Leopoldus Primus pientissimae reminiscentiae, qua rex Hungariae, dudum lapso anno Millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, 1698.
primo ad spontaneam oblationem et cessionem domini Andreae Zolnay, qua olim veri ac legitimi possessoris, abbatiam Beatae Virginis Mariae de Pásztó, in comitatu Hevesiensi, dioecesique Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae situatam, ac iam ante plusquam quinque saecula pro ordine Cisterciensi fundatam, eidem ordini iure postliminii restituere ac, interveniente etiam installatione actualique introductione ac possessionis aqui-

sitione, ut monstrat allegatum sub littera A., reincorporare, in-
1702. super secundo, anno nimirum Millesimo septingentesimo secundo eandem abbatiam, utpote per mortem praelibati domini Andreae Zolnay vacantem, per novas caesareo-regias donationales seu collationales supramemorato domino abbati, qua principali meo clementissime conferre dignatus fuerit.

Verum cum magno doloris sensu Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae mandatario nomine exponere cogor, quod non obstante hac iterata benigna collatione, dein subsecuta primum penes inclytum camerale consistorium Posoniense ac dein etiam in facie loci, per dominum tricesimatorem Secseniensem (igy) peracta installatione, legitimaeque possessionis adeptione, nihilominus plebanus oppidi Pasztiensis, postquam praefatus praedecessor domini abbatis mei e vivis decessisset, non modo aedem abbatialem, extra oppidum in ipso loco ruderatae abbatie consistentem, verum etiam utrumque molendinum, monasterio praememorato vicinum, sub inani praetextu, quasi haec ab olim ad loci plebanum et capellanos pertinuissent, illegaliter prorsus et via facti occupaverit et usurpaverit, et uti fama fert, etiamnum teneat usurpetque.

Cum vero huiuscemodi violentus et illegalis apprehendendi modus non solum adversetur vergatque contra iustitiam communem, quae et suum cuique tribui, iuraque cuiusvis illaesa conservari praecipit: verum etiam repugnet liquidissimo iuri possessionario meo, domino principali, tum in praementionatam domum abbatialem, tum in utrumque molendinum quaesito; et quidem quod primum, seu modofatam domum abbatialem attinet, certum est et ex facto liquet, quod primo in eandem memoratus domimus Andreas Zolnay, vigore benignarum collationalium caesareo-regiarum, ius suum aquisiverit et eandem usque ad obitum suum imperturbate, iure abbatiali incoluerit ac possederit; secundo pariter ocularis monstrat inspectio, quod domus haec in loco abbatiali, nempe ad ipsa monasterii rudera extra oppidum sit constructa, ac per consequens abbatialis censenda, maxime cum etiam a cunctis oppidanis haud aliter, quam abbatia nuncupetur; tertio non minus evidens est, patetque ex facto et supra allegato littera A., dominum abbatem meum indubitate esse verum ac legitimum in praeattacta

abbatia cunctisque iuribus et possessionibus, a praedecessore suo post fata relictis, successorem; quarto similiter negari nequit, claretque ex allegato A., eundem dominum abbatem meum in eandem domum, praesente inspiciente et ne quidquam contradicente, ac per consequens consentiente saepedicto plebano Pásztiensi, modo solemni et ritu consveto fuisse introductum et installatum.

Quod vero secundum, seu bina illa molendina attinet, certum quoque est, quod omnia hucusque dicta pariformiter militent pro iure possessionario, saepefato domino abbati meo ac universo Cisterciensi ordini competente, respectu eorundem; nam etiam in horum quieta, imo caesareo-regia protectione munita possessione et usu sicuti praedecessor dominus Andreas Zolnay usque ad obitum suum fuerat, ita quoque praerecensitus dominus abbas meus nomine ordinis successit et anno Millesimo sexcentesimo 1698.
nonagesimo octavo, uti praefatum est, introductus fuit.

Stante igitur iure tam claro pro domino meo principali ac universo ordine Cisterciensi, omnino subsistere nequit, fucatus ille praedicti plebani Pásztiensis titulus, quo praetendit praeteritis annis quaestionatam domum ac molendina in usu habuisse plebanos. Nam primo sunt haec nuda asserta, legaliter nunquam probata; adeoque de se nequaquam sufficientia ad elidendum ius liquidissimum alterius; secundo, dato non tamen concesso, quod isthoc comprobaretur, nihilominus prius etiam probandum foret, possessionem et usum eiusmodi respectu plebanorum fuisse legalem; non enim omnis, qui possidet, et semper iure possidet. Tertio: Imo adhuc dato, nusquam tamen concesso, quod talis usus fuisset legalis: non tamen inde consequeretur, quod plebanis competeret possessio in perpetuum; sed duntaxat sentiendum foret, quod eiusmodi possessiones, utpote exulante per iniurias temporum ordine vacantes, interim concessae fuissent plebanis ad usum; qui usus profecto tunc desinit, ubi regalis potestas intervenit et avita religio iure postliminii restituitur, uti in praesenti factum esse noscitur.

Ex quibus omnibus dum evidenter dispicitur, qualiter saepememoratus dominus plebanus primo quidem contra primaevam pientissimorum fundatorum intentionem, aliunde per aliquot saecula suo fine frustratam; secundo contra regni leges, praecipue pacifica-

tionis Viennensis articulum primum anni Millesimi sexcentesimi
1606. sexti item decretum Ferdinandi imperatoris Posonii anni Millesimi
1548. quingentesimi quadragesimi octavi articulum octavum, item articulum decimum. Tertio contra benignam caesareo-regiam voluntatem factamque restitutionem; quarto contra legalem possessionem et ius ac fas operatus fuerit.

Sanctiones vero regni, praecipue articulus decimus septimus Andreae Secundi in terminis contineant, possessionibus aquisitis neminem esse privandum, imo spoliatum et via facti depossessionatum ante omnia restituendum, sacri canones communisque iustitia, cuius formam saepememoratus dominus plebanus in se exhibere, aliunde vigore muneris sui pastoralis tenetur, demandet.

Eapropter Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram, qua saepefati plebani dignissimum dioecesanum mandatario nomine hisce demisse imploro, quatenus suum iustitiae zelum in hac causa luculenter aequa exerere, praedictoque plebano, qua illegali malaeque fidei possessori restitutionem in integrum imperare, eundemque ad pristinam suam aedem parochialem relegare, ordinem vero Cisterciensem, olim in inclyto hocce regno florentissimum ac per ipsosmet romanos pontifices, nominatim vero Clementem Secundum, praedecessorum episcoporum suorum peculiari curae et protectioni commendatum in eandem assumere, iugiterque conservare dignetur, qui me gratiae et benevolentiae demisse commendo ac maneo Reverendissimae et Illustrissimae Dominationis Vestrae humillimus servus pater Engelbertus Hermann, Cisterciensis Wellehradensis mandatario nomine m. p.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 15. nr. 148.

XVII.

Wellehrád.

Nezorin Flórián pásztói apát tiltakozik Pásztó városának az apátság jogait sértő eljárása ellen.

Inclyti domini status ac ordines, domini, domini gratiosissimi!

Relatum mihi est, quod iudices ac universa communitas oppidi Paszto comitatus Hevesiensis per quaedam penes inclytum diaeta-

lem conventum dominorum statuum ac ordinum producta documenta literaria evincere ac probare adnitatur, sese non duntaxat ab omnis subiectionis onere totaliter esse immunem, verum etiam paris cum liberis ac regiis urbibus praerogativa exemptione ac libertate gaudere. Siquidem vero praefata memoratorum Pasztensium oppidanorum instantia praetensaque libertas imprimis universo Cisterciensi ordini, cui eodem in loco situata abbatia Beatae Mariae Virginis de Paszto nuncupata, dudum lapso Millesimo 1698.
sexingentesimo nonagesimo octavo anno, vivente adhuc priore possessore presbytero ecclesiastico, domino nimirum Andrea Zolnay, ab augustissima condam caesareo-regia maiestate Leopoldo primo gloriosae reminiscentiae iure postliminii restituta ac interveniente insuper consveta installatione reincorporata fuit, deinde etiam mihi, cui rursus, e vivis decedente praementionato praedecessore meo, eadem abbatia de Paszto anno Millesimo septin- 1702.
gentesimo secundo ab eadem altedicta caesareo-regia maiestate benigne collata fuit, manifeste est iniuriosa ac praeiudiciosa, et quidem primo ex eo, quod in eodem Pasztensi oppido integra platea monasterio meo vicina et plusquam viginti quinque domibus consistens non modo liquido iure ad praefatam abbatiam pertineat, sed etiam supradictus praedecessor meus usque ad diem obitus sui in quieta possessione fuerit. Secundo: Insuper in eodem oppido educillum ordinarium, item molendina bina, *Monostor et Kapostas* nuncupata, decimas itidem ex praememorati Pasztensis oppidi territorio, nimirum a ponte Szölösiensi per viam regiam deorsum usque ad praedium Füllemes (így) iure obtineat, veluti etiam praedecessor meus pariter in quieta regiisque protectionalibus munita possessione usque ad obitum suum, et in brevi subsecutos regni motus permanserit. Tertio demum ex eo, quod iidem oppidani Pasztenses post obitum saepefati domini praedecessoris mei, in absentia mea via facti et ausu prorsus temerario eiusdem cistas reseraverint, ac praeter alia mobilia, haec ipsa producta documenta literalia eximentes apportaverint; meumque dein exmissum religiosum plenipotentiarium, non attento mandato ab inclyta Posoniensi camera contra eosdem producto, contra ius et fas cum plebano suo ab introitu abbatiae violenter, obductisque circum circa catenis prohibuerint aliasque violentias proxime loco competenti uberius remonstrandas exercuerint.

His proinde aliisque ponderosis ex causis ac motivis posthac iudicialiter comprobandis, ego infrascriptus meo ac totius ordinis Cisterciensis nomine suprafatae oppidanorum Pasztensium instantiae, in quantum iuribus mihi competentibus perniciosae publice contradico et hisce in consveta iuris forma solemniter protestor ac desuper mihi authenticam recognitionem extradari obnixe rogo.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. fasc. 2. nr. 38.

XVIII.

Wellehrád.

Nezorin Flórián wellehradi és pásztói apát, kéri Ő Felségét, hagyja meg az egri püspöknek, hogy ez parancsolja meg a pásztói plébánosnak az apáti lakás és a Monostor-malom visszaadását a cziszterczi rend, s különösen a pásztói apát részére.

Sacratissima caesarea regiaque Maiestas! Domine, Domine Clementissime! Cum profundissima debitae subiectionis contestatione humilique orationum ac suffragiorum spiritualium oblatione sacratissimae maiestati vestrae supplici de genu querulose exponere
1698. cogor, qualiter ordo Cisterciensis dudum lapso Millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo in abbatiam Beatae Virginis Mariae de Pasztho per pientissimum quondam principem ac imperatorem Leopoldum primum gloriosae reminiscentiae dominum, genitorem maiestatis vestrae desideratissimum, iure postliminii restitutam, dein vero per exitiosos novissimos regni motus rursus turbatam et violenter depossessionatam, secundum continentias benigni mandati ad meam humilem instantiam per maiestatem vestram sacratissimam non ita pridem ad comitatum Hevesiensem contra iniustos occupatores bonorum ad praelibatum abbatiam Pasztho iensem spectantium dati, pro cuius benigna elargitione nomine totius antelati ordinis Cisterciensis immortales sacratissimae maiestati vestrae rependo gratias, mediante praedicti comitatus Hevesiensis assistentia, in priorem possessionem abalienatorum quidem fuisset repositus, ast praecise eorundem, quae in manibus extiterant laicorum; quoad illa vero, quae plebanus oppidi Pasztho post deces-

sum praedecessoris mei condam Andreae Zolnay sub exordio praefatorum motuum occupaverat, qualia essent, domus seu habitatio abbatialis, item molendinum, *Monostor* vocatum, usque in hanc horam remaneret destitutus ac possessione orbatus; et quamvis hactenus contra istiusmodi violentam plebani usurpationem praespecificatorum repetitis iam vicibus domini episcopi Agriensis, utpote loci ordinarii auxilium implorassem ac detentionis illegalitatem nuper usque Agriam haud absque ingenti fatigio excurrens liquidissime personaliter repraesentassem, insuperque inanitatem praetextus, quasi praedicta post expulsum ordinem plebani iam ab olim in usu et possessione tenuissent, abunde comprobassem: attamen tantum abfuit, ut eundem ad aequiora flectere potuerim, quin potius eum totum in defensionem suprafati plebani propendentem et in suo sensu immote persistentem experiri debuerim. Cum vero sacratissime caesar ac rex, domine clementissime universae viciniae cunctisque oppidanis Paszthoiensibus notum esset, quod praenominatus antecessor meus Andreas condam Zolnay, mox a tempore benignae collationis praelibatae abbatiae, dictam domum abbatialem usque ad obitum suum imperturbate possederit, ipseque plebanus tunc temporis suam propriam habitationem in oppido ecclesiae parochiali vicinam habureit; molendinum pariter possessione quieta ac caesareo-regiis protectionalibus ad instantiam repetiti quondam praedecessoris mei Andreae Zolnay per expeditionem excelsae cancellariae regio-aulicae Hungaricae sub dato Viennae Austriae, die vigesima quinta mensis iunii, anno Domini Millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo 1692. jún. 25.
emanatis munita tenuerit, uti videre est ex opposita earundem copia simplici ad finem sub litera A. Insuper ego, post factam nempe restitutionem eiusdem abbatiae ad sacrum ordinem inter alia etiam in praedictam aedem abbatialem molendinumque *Monostor* introductus et publice in facie loci plebano praesente nemineque contradicente, ut litera B. more consueto installatus fuerim; dein ipsamet etiam ratio, ocularisque inspectio convinceret, domum hanc abbatialem utpote in ipso loco ruderati claustri extra oppidum; molendinum etiam ipsis ruderibus proximum ac indubie a monasterio *Monostor* vocatum non ad alium, praeter quam abbatiam Paszthoiensem esse spectans; detentio autem et

usurpatio plebani sub favore domini episcopi Agriensis cederet in iurium meorum et antelati Cisterciensis ordinis damnum grave et manifestum: eapropter sacratissimae maiestati vestrae caesareo-regiae, qua supremo ecclesiarum Dei patrono et protectori flexo poplite supplico, velit sua summa, qua pollet, potestate praememoratum doinum episcopum Agriensem, nescio, quo sinistro erga saepefatum ordinem meum affectu imbutum atque in defensionem male fundatae causae plebani obfirmatum, ad aequiora permovere eidemque, ut saepenominatum plebanum ad priorem habitationem suam ecclesiae parochiali vicinam relegare, ac domum abbatialem, praeprimisque molendinum *Monostor* absque ulteriori cunctatione ordini meo mihique, qua abbati Paszthoiensi cedere ac restituere debeat, benigne demandare. Quo in passu clementissimam praestolaturus resolutionem, persevero sacratissimae maiestatis vestrae caesareo-regiaeque etc.

Papirosra irt togalmazványa: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 15. nr. 149.

XIX.

Pásztó. 1702. november 13.

Pásztó város megbizottai a város földesurai elleni perben a magy. kir. kamara támogatását kérik.

Illustrissimi, spectabiles, magnifici, generosique amici, nobis honorandi salute, servitiorumque nostorum praemissa promtitudine!

Nulli dubitamus praetitulatas dominationes vestras recenti tenere memoria, qualiter humillimam instantiam civium et incolarum privilegiati oppidi Paszto occasione manutentionis eorundem in avitis suis privilegiis per divos olim Hungariae reges ipsis benigne impertitis et per ipsam sacratissimam caesaream regiamque
1699. maiestatem in anno Millesimo sexingentesimo nonagesimo nono non pridem evoluto clementer ratificatis, elargiendarumque litterarum protectionalium contra praetensos illorum terrestres dominos iisque ad finalem in tabula regia fiendam controversiae decisionem, iteratis vicibus officiose recommendaverint. Significamus proinde praetitulatis dominationibus vestris, quod intuitu recommendationis

earundem, aequitate etiam ita secum ferente, eum institui fecerimus ordinem, quod memorati cives et incolae Pasztovienses, depositis ad aerarium altae fatae suae maiestatis sacratissimae bis mille florenis Rhenensibus, quoad ius armorum expediti sint et praeterea in benignam suae maiestatis sacratissimae protectionem assumpti, litteraque ad Budensem administrationem et officiales bellicos superimpertienda iisdem, dum et quando opus fuerit, necessaria assistencia iam expedita narrantur; prout haec omnia ex remonstrandis coram dominationibus vestris praetitulatis benignis protectionalibus litteris, aliisque expeditionibus uberius elucescent. Eapropter praetitulatas dominationes vestras hisce amice requirimus, quatenus negotium hocce ad notam sumere et ubi necessitas expostulaverit, memoratos cives ac incolas Pasztovienses contra praefatos praetensos eorundem terrestres dominos non modo protegere, verum in futuris iudiciis octavalibus brevibus, aut extraordinariis medio directoris causarum regalium, modalitate antehac usuata, ulterius etiam usque ad finalem decisionem omni meliori modo evincere non graventur. Quos in reliquo una nobiscum ad vota sua feliciter vivere desiderantes. Dabantur Wiennae die decimo tertio novembris, anno Millesimo septingentesimo secundo. 1702. nov. 13.
Nos sacrae caesareae regiaeque maiestatis praeses caeterique camerae aulicae consiliarii m. p.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 2. nr. 25.

XX.

Pozsony. 1703. január 18.

A pozsonyi kamara utasítja Borsiczky László beszterczebányai harminczadost, hogy ha Pásztó város polgárai a pásztói apátság birtokait csakugyan lefoglalták, vegye vissza tőlük és adja Nezorin Flórián pásztói apát kezére.

Salutem et prosperitatem. Ex certa relatione intelleximus, qualiter oppidani Pasztovienses, praetextu protectionalium suarum haud ita pridem ab excelsa aulica et hac Hungarica cameris obtentarum, certas appertinentias abbatiae itidem Pasztoviensis via facti

occupaverint. Cum autem memoratae protectionales praefatis oppidanis non eo fine elargitae essent, ut aliena occupare possint: iniungimus proinde vobis, quatenus ea omnia, quae prior abbas loci illius, dominus condam Andreas Zolnay ad antelatam abbatiam possedit, nomine fisci regii iterum reoccupetis et sacro ordini Cisterciensi, cui qualiternam sua maiestas sacratissima, dominus dominus noster clementissimus eandem abbatiam contulerit, ex aliis nostris, vobis hoc in passu scriptis uberius intellecturi estis, absque omni defectu immediate resignetis. In reliquo feliciter
1703. jan. 18. valebitis. Posonii, die decima octava mensis ianuarii, anno Millesimo septingentesimo tertio. Sacrae caesareae regiaeque maiestatis camerae Hungariae praefectus et consiliarii.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levélt.: Act. abb. Paszt. f. 2. nr. 29.

XXI.

Pásztó. 1703. márczius 11.

Pásztó város megbizottai a pozsonyi kamarát kérik, hogy fölterjesztésükre pontonkint feleljen, a pásztói apátot meg utasítsa a rendes bírósághoz.

Excellentissimi, illustrissimi, spectabiles item ac magnifici domini, domini Patroni, nobis gratiosissimi, colendissimi!

Gratiose intelligere dignabantur praetitulatae dominationes vestrae ex humillimo memoriali nostro die hesterna per nos demisse exhibito, qualiter pro primo seposita termini nobis per dominum filialistam Szecheniensem ad dandam rationem non admissionis reverendissimi domini praelati Belohradiensis (így), neo-abbatis claustri Beatae Mariae Virginis de Pászto, in bona et fundos per praedecessorem suum via illegali occupatos, incompetenter praefixa consideratione ad demonstrandam humillimam devotionem nostram, quia erga praetitulatas dominationes vestras, velut post suam maiestatem sacratissimam et excelsam eiusdem cameram aulicam gratiosos patronos et principales nostros obstricti sumus, comparitionem nostram instituerimus.

Pro secundo praetactae non admissionis eam dederimus rationem, quod haec non in contemptum benignae suae maiestatis sa-

cratissimae resolutionis et gratiosi decreti cameralis, quae utriusque ordinis instrumenta de genu humili exosculamus et potius nos malle mori, quam simile quid unquam cogitare velle declaremus, facta sit; verum in conformitate avitorum a divis condam Hungariae regibus oppido nostro cum exclusione totius alienae iurisdictionis impertitorum, vicibusque successivis ratificatorum, et ab ipsamet sua maiestate sacratissima clementer confirmatorum privilegiorum, et insuper elargitarum nobis benignarum protectionalium litterarum nostri in integrum fiendam restitutionem, et praetensivorum terrestrium dominorum ad ferendam in iudiciis octavalibus per tabulam regiam finalem sententiam relegationem clare innuentium, necessario ex parte nostra fieri debuerit, ac deinceps quoque fieri debeat, citra poenae aut cuiuspiam animadversionis incursum. Pro tertio humillime detexerimus, quod modalitates — tertius per excellentissimum dominum comitem camerae huius inclitae gratiosum praesidem nobis propositas, ut nimis praelibatum reverendissimum dominum neo-abbatem prius admittamus in possessionem praetensivorum per praedecessorem olim suum indebite occupatorum fundorum, et tandem extra dominium constituti litem nostram prosequamur; atque ut inclitae huius camerae iudicatum agnoscamus et ab illius decisione praestolemur, praevia humillima deprecatione, nos nullatenus acceptaturos ex eo, quod e diametro repugnent privilegiis nostris, et tenori benignarum suae sacratissimae maiestatis protectionalium litterarum, ibidemque sufficienter declaratae circa praemissa clementissimae caesareae regiae voluntati ac intentioni, a qua resultum facere, sicut a nobis non potest desiderari, ita neque per nos consensus eatenus praeberi salva et illibata in reliquo permanente inclitae istius camerae regiae omnimoda authoritate et iurisdictione. Pro quarto demisse institerimus, ut similes per reverendissimum condam dominum Andream Zolnay abbatem Pasztoiensem indebite occupati, cumque enormi nostro, velut peculii regii damno ac praeiudicio, utque ad dies vitae suae tenti ac possessi, et post obitum ipsius ad potestatem inclitae huius camerae deventi fundi et concives nostri tum praedeclaratis ex rationibus, quam ex eo, quod ratione totalis oppidi Pászto, quoad ius armorum cum sua maiestate sacratissima humillim convenerimus, magnamque pecuniae summam

eatenus deponere debuerimus, ad manus nostras, penes gratiosum praetitulatarum dominationum vestratum generoso domino filialistae Szecheniensi sonans decretum, paterne remittantur; vel si in eorum remissione praeter omnem spem ac opinionem nostram, quamquam considerationem praetitulatae dominationes vestrae haberent, vitio vertere non dignentur, si ad excelsam aulicam cameram, cui melius constat, qualiter nobiscum pepigerit, recursum facere et pro effectuatione praemissorum humillime instare necessitati fuerimus; patuit enim ex annexi die hesterna excelsae camerae aulicae nobis sonantis decreti paribus, quod eiusdem gratioso mandato nosmet accomodare et benignis suae maiestatis sacratissimae protectionalibus litteris restitutionem nostri in integrum fiendam innuentibus ulterius quoque inhaerere debeamus.

Ad quas quidem hesternas humillime per nos propositas instantias nullum adhuc a praetitulatis dominationibus vestris obtinuimus responsum, praeterquam quod magnificus dominus consiliarus Péterfy praefixionem novi termini et interea fiendam similium praetensivorum fundorum prae manibus fisci regii permansionem consistorialem decisam esse nobis intimaverit et diem pro maiori praesentium commoditate praefigendam sibi nominari desideravit, imo
máj. 6. és 7. diem sextam vel septimam affuturi mensis maii pro termino actuali praefixam esse declaraverit. Cum autem huiusmodi termini praefixio procul dubio ad quampiam ex partium productis instituendam causae aut controversiae inter nos et reverendissimum dominum neo-abbatem vigentis revisionem tendere videatur; nobis autem a principalibus nostris serio commissum sit, ne in ullum inclytae huius camerae qualicunque modo instituendum iudicatum, aut quampiam ex partium productis subsequendam revisionem consentiamus, verum continentiis privilegiorum nostrorum et benignarum suae maiestatis protectionalium litterarum firmiter inhaerendo, rationem praescitae reverendissimi domini neo-abbatis ad praetensos fundos, medietatem oppidi nostri constituentes, in admissionis modalitate praevia assignemus, eosdemque fundos manibus nostris gratiose remitti ac restitui supplicemus, et gratia hac non obtenta, ad excelsam aulicam cameram pro effectuatione praemissorum humillime recurramus.

Humillime igitur supplicamus praetitulatis dominationibus vestris, dignentur ad hesterna petita nostra punctatim et dorsaliter gratiose respondere, et nostri comparitionem pro termino noviter praefixo rationibus ex praeviis fieri nequeuntem pro aliqua contumacia haud reputare, quin potius tot et tantas expensas ac fatigia nostra, propter quae ferme iam attriti exhausti sumus, gratioso sibi cordi sumere, atque admissis humillimis petitis nostris, reverendissimum dominum neo-abbatem ad declaratum in benignis protectionalibus suae maiestatis sacratissimae litteris iudicem relegare. Quam gratiam praetitulatarum dominationum vestrarum humillimis precibus et servitiis nostris in perpetuum remereri adnitemur, gratiosam resolutionem praestolantes et manentes earundem praetitulatarum dominationum vestrarum clientes humillimi privilegiati oppidi regii Pásztoiensis mandatarii.

Hátára ez van irva: Ad excellentissimos, illustrissimos, spectabiles item, ac magnificos dominos dominos sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis camerae Hungaricae supremum et vice-praesides; caeterosque consiliarios, dominos, dominos patronos nobis gratiosissimos colendissimos humillima supplicatio introscriptorum privilegiati oppidi regii Pásztoiensis mandatariorum.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 2. nr. 32.

XXII.

Bécs. 1703. április 14.

A bécsi udvari kamara felszólítja a pozsonyi kamarát, hogy a Pásztó városbeliek jogait vegye figyelembe, az új pásztói apátot meg a «neoacquistica comissio»-hoz utasítsa.

Ex relatione Pastoviensium uberius intelleximus, qualiter oppidanos Pastovienses ex eo, quod noluerint reverendissimum dominum abbatem Wellehradensem et eius plenipotentiarum in ad fundos abbatiam praetensive spectantes admittere, in conspectum vestrum pro die decima quinta martii citaveritis, et ea die protestantibus márcz. 15.
illis, neque ad propositas per dominationem vestram illustrissime domine praefecte iisdem modalitates, ut ordini scilicet fundos hos cederent, et ex post litem suam prosequerentur, consentientibus,

maj. 7. eosdem pro septima die maii ad conspectum vestrum evocaveritis, ut ex producendis utriusque partis documentis revisionem quampiam instituerit, et sic camerae huius iudicaturam vobis vendicare intenderetis.

Cum autem tenor benignarum suae maiestatis per expeditionem huius aulicae camerae emanatarum literarum, et potissimum in partibus neoaquisticis indisputabiliter acceptandarum clarus sit, ut scilicet oppidani Pastovienses in avitis suis privilegiis et recenter confirmatis, omnemque alienam iurisdictionem ac dominium excludentibus, cum evictione etiam fisci regii conserventur et protegantur, et praetensivi antehac terrestres domini, vel quicunque alii, inter quos omnino reverendissimus etiam neo-abbas merito intelligendus veniret, ad ferendam in iudiciis octavalibus per inclytam suae maiestatis tabulam regiam iudiciariam finalem sententiam relegentur; et alioquin oppido Pastoviensi in comitatu Hevesiensi existente, adeoque inter pure neo-aquistica computari debente, praetensionum et causarum circa idem emergentium revisio authoritatem et iurisdictionem dominationum vestrarum transgrediatur, solique huic aulicae camerae iuxta benignam suae maiestatis ordinationem competere dignoscatur; imo reprobari debeat, quod defuncti quoque Andreae Zolnay in abbatiam Pastoviensem et praetensa ipsius iura realia introductio, ipsoque demum fatis cedente eiusmodi praetensivorum iurium ac bonorum abbatialium, ad rationem fisci regii occupatio et continuata possessio ex praedeclaratis rationibus et causis, Budensi administratione isthoc negotium minus advertente, per dominationes vestras et ex earundem commissione instituta habeatur. Praeterquam quod non obstante per expeditionem inclytae cancellariae Hungaricae emanatis donationalibus, et ad dominationes vestras directis benignis suae maiestatis resolutionibus apponi solitae, et introductionem in bona per defunctum beneficiatum possessa, vel ad beneficium de iure et ab antiquo pertinere debentia, innuentes clausulae insertionem per dominationes vestras eiusmodi donatarii, in collatum praevio modo sibi beneficium installatio et introductio salvo semper iure neo-aquistarum intelligendum veniat; ad quae in praetactis neo-aquisticis locis existentia bona et iura nemo ecclesiasticorum aut religiosorum drius admitti possit, antequam iuxta suae maiestatis die adhuc nono

aprilis anni Millesimi septingentesimi primi emanati et per omnes comitatus regni publicati, ac in favorem cleri extradati diplomatis exordium quartumve punctum, similia bona et iura prioribus saeculis et temporibus bono iure ad clerum ecclesiasticum vel regularem spectasse, et ab eodem actualiter iusto titulo tenta ac legitime possessa fuisse, coram excelsa delegata comissione neo-aquistica literalibus instrumentis sufficienter edocere valeat. 1701. Apr. 9.

Eapropter dominationes vestras hisce amice requirimus, quatenus manum suam in antelatis fundis ad abbatiam praetensive spectantibus removere, et memoratis oppidanis, iuxta suae maiestatis cum iisdem, quoad ius armorum, respectu totius et integri oppidi territoriique initam transactionem una cum fructibus medio tempore perceptis remittere, denique toties repetitos oppidanos in protectionem suae maiestatis assumptos et reliquis peculiis regiis annumeratos, nec in personis, sed neque in bonis a quocunque tandem molestari aut damnificari patiantur; verum et universos et quoscunque impetitores cum evictione etiam causarum regalium directoris pro omni necessitatis casu protegere ac defendere, dominum reverendissimum neo-abbatem Pastoviensem autem ad iura sua modalitate puncti praecitati diplomatis regii sufficienter edocenda ad excelsam delegatam neo-aquisticam commissionem relegare non graventur; in reliquo manentes. Viennae die decima quarta aprilis. Anno Millesimo septingentesimo tertio. 1703. április 14.

Praeses caeterique camerae aulicae consiliarii.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 2. nr. 55.

XXIII.

Bécs. 1703. június 24.

I. Lipót király, Nezorin Flórián pásztói apát kérésére, meghagyja a pozsonyi kamarának, hogy a pásztói apátságra és a cziszterczi rend egyéb javadalmaira vonatkozó iratokat a levéltárból hiteles másolatban adja ki.

Leopoldus etc. Spectabiles ac magnifici, magnifici, item et egregii fideles nobis dilecti. Expositum est maiestati nostrae nomine et in persona fidelis nostri honorabilis ac religiosi fratris Floriani sacri ordinis Cisterciensis, monasterii Wellehradiensis in marchionatu nostro Moraviae abbatis: Qualiter idem exponens certo certius intellexisset nonnullas literas ac literalia instrumenta abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszto, in regno nostro Hungariae comitatuque Hevesiensi existentem, et praefato sacro ordini, veluti ab olim ad illum spectantem, per maiestatem nostram non ita pridem benigne restitutam, prout et alias eiusdem sacri ordinis abbatias et beneficia in praefato regno nostro Hungariae habita, bonaque et iura eorundem tangentes, et concernentia, in archivo, seu libris nostris regiis aut prothocillis penes hanc cameram nostram regiam Hungaricam habitis reperiri. Quarum genuinis et authenticis paribus siquidem memoratus exponens pro iurium antelati sacri ordinis redintegratione ad praesens plurimum indigeret, essetque necessarium. Ideo supplicatum exstitit maiestati nostre, nomine et in persona antelati exponentis, debita cum instantia humillime, quatenus eidem, et consequenter praementionato sacro ordini circa praemissa clementer providere, fidelitatibusque vestris de et super reinquisitione et reinventione praelibatarum literarum, ac litteralium instrumentorum, factum, uti praemissum est, iurium tam dictae abbatiae, quam reliquorum beneficiorum eiusdem sacri ordinis in praelibato regno nostro Hungariae habitorum, coramve, si necessarium foret, uberius recensendorum, quomodolibet tangentium et concernentium, in archivo, seu libris nostris regiis atque prothocollis, penes praelibatam cameram nostram regio-hungaricam habitis fienda committere et mandare dignaremur. Cuius humili instantia et supplicatione tamquam iusta et legitima clementer admissa, fidelitatibus vestris harum serie benigne committimus et

mandamus, quatenus acceptis praesentibus, universas literas et literalia instrumenta, toties repetitam abbatiam Beatae Virginis Mariae de Paszto, prout et alia bona et beneficia eiusdem sacri ordinis tangentes et concernentia, coramve, si necessarium fuerit, uberius declaranda et specificanda, in archivo et conservatorio, aut prothocollo librisque nostris regiis, penes hancce cameram nostram regiam Hungaricam habitis diligenter requiri et inveniri facere, requisitarum et inventarum tenores in forma authentica more apud vos consueto memorato supplicanti iurium eiusdem, et consequenter antelati sacri ordinis pro redintegratione, futuraque cautela necessario extradare velitis ac debeatis; gratia in reliquo nostra caesareo-regia vobis benigne propensi manentes. Datum in civitate nostra Vienna, Austriae, die quarta mensis iunii anno Millesimo septingentesimo tertio. 1703. jun. 24.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 2. nr. 37.

XXIV.

Wellehrád. 1704.

Nezorin Florián pásztói apát kéri Ő Felségét, hogy a megyei bíróság útján juttassa kezére a Zagyva vizén levő Monostor-malmot, melyet Bakabányi János pásztói plébános bir, jóllehet a pásztói apátot illeti meg.

Sacratissima imperatoria regia Maiestas, Domine Domine mihi naturaliter clementissime. Piarum et devotarum orationum mearum suffragia incremento maiestatis vestrae sacratissime et augustissimae maiestatis vestrae domo indefesse ad Deum et gloriosam eius genitricem corde supplici profundens, in perbenignum maiestatis vestrae sacratissimae conspectum medio demisissimi huiusce mei memorialis infrascriptam supplicem iustamque instantiam meam propositurus, humillime recurro. Clementissime informari dignabitur sacratissima maiestas vestra, qualiternam ego virtute benignarum collationalium sanctae memoriae Leopoldi primi imperatoris et regis, genitoris quippe maiestatis vestrae sacratissimae condam desideratissimi, de dato Vienna, Austriae, die sexta mensis novembris anni 1702. nov. 6.

Millesimi septingentesimi secundi emanatarum, mihi ex innata sibi clementia ac pro solita in Deum pietate et assiduo in iis, quae ad maiorem cultus divini promotionem ac incrementum conferri possent, semper erga Deum contestato zelo ac fervore impertitarum, in abbatiam Beatissimae Mariae Virginis de Pászto ac in appertinentias eiusdem universas, in comitatu maiestatis vestrae sacratissimae Hevesiensi existentes habitas, per spectabilem dominum comitem Cristophorum Antonium Erdődy, camerae maiestatis vestrae sacratissimae hungarico-aulicae praesidem, die vigesima
1702. nov. 28. octava mensis novembris anni iam attacti Millesimi septingentesimi secundi installatus ac introductus existens, licet domum adeoque residentiam abbatialem non ita pridem evolutis temporibus reipsa ad possidendum administrandumque sacri ordinis Cisterciensis munus recaptivassem quidem, tantum tamen abesset, ut appertinentias eiusdem, signanter molam, vulgo *Monostor* sic dictam, in fluvio Zagyva nuncupato, sub ipsa residentia abbatiali extructam, adeoque territorio Pasztoviensi adiacentem habitam, quae non minus ad manus ecclesiasticorum clerique sub diversis temporum vicissitudinibus et continuorum praeteritorum bellorum tempestatibus ac revolutionibus cum ipsa abbatia deventae fuissent, e manibus reverendi domini Joannis Bakabany, plebani loci eiusdem, ac aliorum etiam cum iure, si et in quantum necessum foret, uberius declarandorum, erga iteratas etiam religiosas requisitiones meas perquam amicas sufficienter praemissas rehabere possem ac valeam; quinimo his omnino destitutus, extra dominium earundem pertinentiarum de iure et ab antiquo ad praedictam abbatiam meam spectantium et pertinere debentium cum praeiudicio et damno meis sat evidentibus et manifestis esse debeam ad praesens usque. Quia autem imperator augustissime, ut praeattactum est, per sanctae memoriae Leopoldum imperatorem et regem, praedecessorem quippe et genitorem maiestatis vestrae sacratissimae condam desideratissimum, praedicta haec abbatia Beatae Virginis Mariae de Paszto, cum universis eiusdem appertinentiis, redditibus et emolumentis ad eandem ab antiquo spectantibus, benigne mihi collata exstitisset; praedictam vero molam, *Monostor* sic dictam, ex injuria superiorum temporum turbulentorum religioso Cisterciensi ordine attunc e regno Hungariae maiestatis vestrae sacratissimae exulante, una cum

aliis suo loco et tempore sufficientius denominandis appertinentiis ad manus supradicti plebani Pasztohiensis deventam ac ad possidendum interceptam, non obstante iuris eaque debita installationis ac introductionis meae sine contradictione interveniente solennitate, placidioribus iam praemissis modis rehabere nequeam; ac demum omnes ecclesiastici ac religiosi tam quoad acquisitionem et directionem bonorum iuxta praescriptum tituli duodecimi partis primae O. D. tripartiti positivis patriae legibus subiecti esse deberent. Ob hoc in perbenignum maiestatis vestrae sacratissimae conspectum humili de genu supplex provolutus confugio, dignetur maiestas vestra sacratissima certum benignum comitatui Hevesiensi eatenus sonans et directum mihi impertiri mandatum praeceptorium, quatenus idem comitatus per exmittendum e gremio sui viceconitem ordinarium eidemque adjungendos iudicem nobilium et iuratos assessores comitatus eiusdem, in uno certo brevi eoque competenti, contra eosdem in foro fori uberius denotandos detentores praedictae molae *Monostor* ac aliarum pariter attunc luculentius declarandarum appertinentiarum, praefigendo termino, tam ipsam saepefatam molam, quam et alias similes appertinentias ad totiesdictam abbatiam meam spectantes, cum refusione etiam fructuum hactenus nullitate iuris perceptorum, ad mentem tituli septuagesimi primi partis secundae O. D. tripartiti fieri debente, e manibus eorundem modernorum praetensorum possessorum eximi ac per consequens iure mihi incumbente ad possidendum tradi, sed et occasione quorumlibet accessoriorum causae nefors coram iure emergendorum debitum iuris et iustitiate complementum administrari facere noverit, debeat ac teneatur. Quam maiestatis vestrae sacratissimae clementiam piis iisque indefessis orationibus meis felix faustumque regimen ac contra universos hostes felices triumphos ex genu maiestati vestrae apprecaturus, humillime reservire conabor. Sacratissimae imperatoriae regiaeque maiestatis vestrae etc.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 15. nr. 7.

XXV.

Nezorin Flórián ismételten kéri a pozsonyi kir. kamarát, hogy őt a pásztói apátság birtokaiba bevezesse.

Inclytum Regium Camerale Consistorium!
Domini Domini Gratiosissimi!

Ex allegato ad finem in copia simplici sub signatura litera A.[1] instrumento installationis, inclytum regium camerale consistorium ingravate dispicere dignabitur, qualiter posteaquam lapso dudum
1699. anno Millesimo sexcentesimo nonagesimo nono a sua quondam maiestate caesaero-regia Leopoldo primo gloriosae reminiscentiae abbatia Beatae Virginis Mariae de Paszto sacro ordini Cisterciensi iure postliminii restituta ac reincorporata fuisset, modofatus ordo quidem eodem mox anno, vivente adhuc possessore pristino, domino nempe Andrea Zolnay, ad mandatum huius inclytae camerae, per dominum Paulum Kecskeméthi tricesimatorem Szecseniensem, nemine contradicente, ritu solemni in facie loci introductus et installatus fuerit; verum ubi memoratus dominus Andreas Zolnay
1702. anno Millesimo septingentesimo secundo e vivis decessisset, ac ego possessionem memoratae abbatiae de Paszto bonorumque eo pertinentium, atque a nunc dicto Andrea Zolnay, qua modo dictae abbatiae possessore atque ad diem obitus sui pacifice legitimeque possessorum, et in benignis protectionalibus caesareo-regiis, infra sub litera B.[2] expressatorum, nomine supradicti sacri ordinis possessionem capere voluissem: per plebanum loci ac oppidanorum Pasztoviensium vi prohibitus fui. Unde ad alte memoratam maiestatem caesaream, qua Hungariae regem recurrens, novas pro persona mea ab eadem donationales obtinui ac conformiter ad easdem, per pie defunctum illustrissimum dominum comitem Christophorum Erdődy, eotunc inclytae huius camerae praesidem, Posonii solemniter denuo in praememoratam abbatiam installatus fui, ut liquet ex allegato infra litera C. Insuper tunc ab inclyto simul consistorio hocce camerali mandatum ad dominum Ladislaum Borcsiszky tricesimatorem Neo-Soliensem impetravi, vigore cuius

[1] *Békefi Rem.*: A pásztói apáts. tört. I. köt. 637. l. CCXXVIII. sz. okl.
[2] U. o. 538. l. CLXXXIII. sz. okl.

in possessionem supra recensitorum bonorum ad saepefatam abbatiam spectantium inmitti debueram, ut ifra litera D.[1] Quia vero hoc mandatum ob supervenientes notissimas regni calamitates exequi haud potuit, idcirco ego actuali possessione tunc temporis destitutus remansi; sedatis autem dein regni motibus, tranquillitateque restituta, dum comperissem interea a durante bello praelibatae abbatiae appertinentias a domino praedecessore meo iure bono possessas a variis fuisse direptas et violenter occupatas: tunc denuo ad modernam sacratissimam maiestatem recurrere, ac restitutionem in integrum demisse rogare, necessarium inveni id, quod etiam iustitia exigente impetravi, uti claret ex allegato sub litera E.[2] Quo facto decretum hocce caesareo-regium per plenipotentiarium meum religiosum apud comitatum Hevesiensem praesentari et publicari feci; verumtamen sine fructu et optato effectu; nam usque in hanc horam plebanus et oppidani Paszthovienses possessiones post pie defunctum dominum Andream Zolnay relictas, quas semel illegaliter occuparunt, usque in hanc horam incredibili pertinacia detinent ac iniuste usurpant. Ad obviandum vero huic intolerabili proterviae, recursum meum denuo iam uno quidem abhinc anno, durante nempe diaeta generali regni, ad inclytum isthoc regium consistorium camerale sumsi supplicando, quatenus illud potestate sua, qua pollet, illegalem Paszthoviensium procedenti modum cohibere, ac me mediante mandato novo illique conformi, quod anno Millesimo septingentesimo tertio extra dederat, et infra 1703.
sub litera D. allegatum conspicitur, in possessionem saepefatae abbatiae bonorumque eorum dumtaxat, quae pie defunctus praedecessor meus, dominus condam Andreas Zolnay iure claro et protectione caesareo-regia comprobato, usque ad obitum suum imperturbate possederat, per vicinum quendam tricesimatorem immittere et reponere dignaretur. Cui petitioni licet eotum praetitulatum regium camerale consistorium benignum praebuerit annutum, quia tamen ob intervenientem obitum domini referendarii, et secretarii Bornemissae res inexpedita remansit: eapropter meam hisce cogor denuo repetere demissam instantiam, inclytum camerale consistorium obnixe requirendo, quatenus illud

[1] Ezen kötetben: Oklevéltár XX. sz. okl.
[2] Ezen kötetben: Oklevéltár XV. sz. okl.

mihi dupplicatum praefati mandati ab inde, uti supra dictum, iam
1703. anno Millesimo septingentesimo tertio emanati, sed non executi extradare, ac vigore eiusdem vicino cuidam domino tricesimatori gratiose demandare dignetur, ut is me ad mentem praementionatarum benignarum collationalium generalium regni amnestialium ac novissimi decreti caesareo-regii infra sub litera E.[1] allegati in actualem dictae Pasztensis abbatiae possessionem restituere, ac pulsis quibuscunque illegalibus usurpatoribus et detentoribus, introducere haud intermittat; quam gratiam utpote in aequitate fundatam dum instanter exoro, simul indesinenter persevero inclyti regii cameralis consistorii etc.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt., Act. abb. Paszt. f. 2. nr. 40.

XXVI.

Nezorin Flórián a magy. kir. kamarától a pásztói és egyéb cziszterczi apátságok okleveleinek kiadását kéri.

Illustrissime Domine Domine Comes!
Totumque Inclytum Regium Camerale Consistorium!

Ex benigno caesareo-regio, a condam divo Leopoldo primo gloriosae reminiscentiae ad meam humillimam instantiam sub initium
1703. jún. iunii dudum lapsi anni Millesimi septingentesimi tertii ad hancce inclytam cameram regiam directo mandato requisitorio, quod hic in paribus simplicibus sub litera A. apponendum censui, non modo humillima petitio mea, verum etiam desuper benigne secuta resolutio caesareo-regia uberius innotescet. Quandoquidem ob ingruentes circa idem tempus belli recenter finiti motus variasque regni calamitates tam alte dicta resolutio, quam humilis mea petitio, nunc vero faventibus superis pax alma inclyto est reddita regno: idcirco camerale regium consistorium hisce demisse implorare volui, praerepetitum benignum mandatum requisitorium haud esse patiatur invigorosum, quin imo per effectivam instrumentorum literalium tum abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszto, tum alias ab olim ad sacrum Cisterciensem ordinem spectantes abbatias

[1] Ezen kötetben: Oklevéltár XV. sz. okl.

concernentium extraditionem vel nunc conformiter ad meam humillimam instantiam executioni mandare dignetur; quam gratiam omnimode demereri cupiendo, iugiter maneo illustrissimae dominationis vestrae totiusque inclyti consistorii cameralis etc.

Hátára ez van írva: „Illustrissimo Domino Domino Comiti. totique Inclyto Regio Camerali Consistorio. Memoriale.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt., Act. abb. Paszt. f. 2. nr. 54.

XXVII.

Wellehrád. 1711.

Nezorin Flórián pásztói apát a m. kir. cancellariát kéri, hogy az apátság birtokjogát a jogtalan birtokosokkal szemben védje meg.

Excelsa cancellaria regio-aulico Hungarica!
Domini, domini gratiosissimi et colendissimi!

Haud parvo cum doloris sensu excelsae cancellariae regio-aulicae exponere cogor, qualiter non tantum illi pauci, vix ad sustentationem duorum religiosorum sufficientes proventus, verum etiam omnia alia iura et possessiones ad abbatiam Beatissimae Virginis Mariae de Paszto ordinis Cisterciensis, prope superiorem Hungariam, in comitatu Hevesiensi situatam, mihique ac universo Cisterciensi ordini, uti excelsae cancellariae bene notum est, a pientissimae memoriae imperatore Leopoldo, qua Hungariae rege benigne restitutam atque collatam pertinentes, ac per praedecessorem meum, Andream Zolnay, semper quiete possessa, mox post eius obitum ac supervenientes intestinos regni motus, partim a laicis, praecipue oppidariis Pasztinensibus, partim a male affectis quibusdam ecclesiasticis, contra omne ius et fas occupatae et detentae fuerint, ac etiam nunc usque in praesens occupentur, usurpentur, detineantur, imo secundum quod plenipotentiarius meus refert, plane divendantur; scribit namque is, quod quidam e male contentis Franciscus Dul nomine *Capastas* (így) molam sic nuncupatam, clarissimo iure ad praelibatam abbatiam pertinentem, et in ipsis benignae suae caesareae regiaeque maiestatis protectionalibus inter alias appertinentias specifice expressatam, vicario domini episcopi Vaciensis Andreae Berkes pretio quinquaginta

aureorum vendiderit; qui etiam non ita pridem proventus eiusdem violenter exinde auferri curaverit.

Quandoquidem autem id ipsum non modo contra omnem iuris ac iusticiae normam, ipsamque pientissimam intentionem caesareo-regiam eo collimantem, ut avita ordinis pietas Cisterciensis ac religio in regnum reinplantetur, directe vergit, verum etiam novissimis mandatis regiis, per universum regnum publicatis, vigore quorum omnes spoliati ante omnia in pristinam possessionem suam sunt restituendi, e diametro contrariatur et refragatur. Idcirco ad cancellariam regio-aulicam humiliter recurro, demisse requirendo, quatenus eadem omnes iniustos usurpatores et violentos detentores bonorum ac iurium, ad praememoratam abbatiam Pasztensem pertinentium, praecipue vero a defuncto praedecessore meo Andrea Zolnay semper quiete possessorum ac in benignis caesareo-regiis protectionalibus clare expressorum authoritate sua cunctisque opportunis remediis eo compellere dignetur, ut violenter ablata ante omnia restituant, iniuste usurpata et usuata refundant, ac male possessa absque ulteriori mora ac tergiversatione mihi, qua legitimo possessori, cedant. Quae humillime instantia mea utpote in omni aequitate fundata ut benignum obtineat annutum, iterum iterumque requiro, demississime ac iugiter permaneo excelsae cancellariae regio-aulicae Hungaricae dominorum, dominorum gratiosissimorum meorum etc.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. f. 3. nr. 9.

XXVIII.

Bécs. 1711. augusztus 19.

Eleonóra özvegy királyné meghagyja Heves-vármegyének, hogy Nezorin Flóriánt a pásztói apátság javaiba tényleg behelyezze és ezek birtokában megvédje.

Eleonora Magdalena Theresia, Dei gratia Romanorum imperatrix vidua et coronata Hungariae, Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae regina, utpote serenissimi ac potentissimi principis et domini Caroli Tertii, Dei gratia Hispaniarum, Indiarumque, nec non Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Sclavoniaeque etc. regis,

filii nostri dilectissimi, nunc unici mater et regnorum eiusdem pro tempore rectrix: Reverendi, honorabiles, spectabiles ac magnifici, nec non egrigii et nobiles fideles nobis dilecti. Demisse simul et quaerulose repraesentatum est maiestati nostrae nomine et in persona honorabilis Floriani sacri ordinis Cisterciensis abbatis Wellehradi et de Pászthó, quod licet idem modofatam abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszthó, in comitatu Hevessiensi existentem, a pientissimae memoriae imperatore Leopoldo, domino olim et coniuge nostro desideratissimo, qua Hungariae rege, cum omnibus iuribus, possessionibus et pertinentiis ad eandem abbatiam spectantibus sibi collatam haberet, in eandem suo modo installatus etiam fuisset; ac prout immediatus eiusdem praedecessor abbas Paszthoiensis Andreas condam Zolnay, ita modofatus exponens in quieta et pacifica eiusdem abbatiae et eo spectantium bonorum permanere et conservari debuisset; supervenientibus nihilominus recenter sopitis motibus sub decursu eorundem complura bona et appertinentiae abbatiales, partim ab infestis laicis et praesertim oppidanis Paszthóiensibus, partim vero etiam ecclesiasticis contra omne ius et aequum et iuris via absque omni occupatae usurpatae et detentae fuerint ac in praesens usque detineantur; imo uti pro certo intellexisset, illegitimis venditionibus et emptionibus distrahantur, prout per egregium Franciscum Dul certa mola *Kaposztás* nuncupata, alias claro et optimo iure ad dictam abbatiam pertinens, honorabili Andreae Berkes canonico et praeposito Vaciensi divendita esse perhiberetur; ipseque velut praetensus emptor ex eadem mola obvenientes proventus percipiat gravi sane legitimorum iurium abbatialium laesione ipsiusque exponentis damno et praejudicio manifesto. Cum autem huiusmodi bonorum et praesertim ecclesiasticorum sub recenter sopitis motibus violenter occupatorum et usurpatorum restitutio, tenore benignarum novissime defunctae caesareo-regiae maiestatis Josephi, filii condam nostri gloriosae memoriae dilectissimi, patentium ac etiam clementissimarum generalium amnestialum nostrarum serio et firmiter demandata esset ipsaque communis iustitia exigeret, ut cuncti possessores suis possessionibus occasione eorundem motuum privata vi vel alias illegitime exclusi et excussi in pristinum jus et bonorum possessionem reponantur, spoliatique ante omnia in in-

tegrum restituendi venirent: eapropter vobis hisce benigne committimus et mandamus, quatenus ad mentem etiam praeallegatarum benignarum patentium et amnestialium nostrarum memoratum exponentem abbatem in universa bona et iura possessionaria ad praenotatam abbatiam Paszthóiensem pertinentia, et praecipue per pradecessorem ipsius dictum olim Andream Zolnay imperturbate possessa, sed post mortem eiusdem potissimum sub praenotatis motibus violenter et absque omni legali iuris via occupata, usurpata vel etiam divendita, incautis et illegitimis emptoribus ad suos evictores remissis, statim et eo facto reponere et restituere eundemque vigore etiam benignarum protectionalium in cunctis bonis abbatialibus contra violentos et praeter iuris viam impetitores et turbatores manutenere debeatis et teneamini. Gratia in reliquo nostra reginali vobis benigne propendentes. Datum in civitate Vienna, Austriae, die decima nona mensis augusti anno Domini
1711. aug. 19. Millesimo septingentesimo undecimo, Eleonora Magdalena Theresia m. p. Ladislaus Adamus comes Erdődy episcopus Nitriensis m. p. Ladislaus Hunyady m. p.

Hátára ez van irva: Reverendis, honorabilibus spectabilibus ac magnificis, nec non egregiis et nobilibus N. N., supremo et vicecomitibus, iudici nobilium et iuratis assessoribus, toti denique universitati dominorum praelatorum, baronum, magnatum et nobilium comitatus Hevessiensis etc. fidelibus nobis dilectis.

Zárlatán viaszba nyomott papiros pecséttel.

Papirosra irt eredetije: Zirczi apátsági levéltár. Act. abb. Paszt. f. 3. nr. 7.

XXIX.

Bécs. 1712. február 2.

III. Károly király Nezorin Flórián pásztói apátot országgyűlésre hívja.

Honorabilis ac religiose fidelis nobis dilecte. Posteaquam ex inscrutabili divini Numinis iudicio, sacram olim Romanorum imperatoriam, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. regiam maiestatem, dominum Josephum fratrem nostrum germanum gloriosae reminiscentiae desideratissimum, anni proxime praeteriti,
1711. április. mense aprili de hac mortali vita et temporaneo regimine ad sempiternam immortalitatem et aeternae gloriae coronam evocari, ac

transferri contigisset; et ex eo, quod nullam prolem masculam post se superstitem reliquisset, nos qua aliunde haeres et immediatus successor in isto regno Hungariae et partibus eidem annexis legitime successissemus, eo actu tum benignae mentis nostrae cogitationes sollicitique animi curas intendimus, quo regiam praeprimis inaugurationem nostram, ad mentem articuli secundi diaetalium constitutionum anni Millesimi sexcentesimi octuagesimi 1687.
septimi instaurandam accelerare, ac etiam eidem regno Hungariae, nobis cumprimis charo, tot acerbissimis retroactorum temporum cladibus et calamitatibus diversisque tum internis, tum externis motibus et vicissitudinibus multipliciter afflicto et concusso clementer subvenire; non secus post intestinos motus, quos divina providentia ac caesareo-regia benignitate per initae conventionis potius, quam armorum media sopitos, et cum summa complacentia ac desiderii nostri secundo eventu sublatos esse intelleximus, postliminio reductam regno quietem firmare et stabilire, de publicis etiam eiusdem necessitatibus, pro pio ac paterno affectu nostro prospicere valeamus. Verum quemadmodum gravissima, eaque ardua in praefato regno nostro Hispaniarum suscepta, et propria nostra in persona prosecuta negotia nos detinuissent, ac nimirum remota etiam locorum distantia, inconstantisque maris, quod transfretare nos oportuit, pericula benignae intentionis nostrae effectum prolongassent; ita superatis etiam Deo favente procellosi maris discriminibus, emensisque longissimis itineribus, alia iterum in sacro Romano imperio, ad cuius in terra supremum culmen, et augustae imperatoriae dignitatis sublime fastigium Deo auspice communique et unanimi reverendissimorum et serenissimorum principum electorum voto et consensu evecti sumus, nos praeoccupassent negotia et faustissimae inaugurationis nostrae solemnitas novam adiecisset moram. Quibus tandem per Dei gratiam feliciter et prospere confectis, opportunaque iam occasione affulgente, ea, quae perprius benigne conceperamus animo, nunc effectuare etiam clementer decrevimus; ac ob id pro praedeclarata regia coronatione nostra, solenni ritu, Deo ter optimo maximo auxiliante, peragenda, et ex post caeteris etiam, quae ad reductae almae tranquillitatis et quietis stabilimentum et conservationem, ac bonum et salutare ipsius regni statum pertinent, curandis et tractandis generalem universis

statibus et ordinibus dicti regni nostri Hungariae et partium eidem
ápr. 3. annexarum conventum, seu diaetam, ad dominicam in Albis, seu diem tertiam affuturi mensis aprilis, anni currentis in liberam ac regiam civitatem nostram Posoniensem indicendam et promulgendam, eidemque faventibus Superis personaliter praeesse statuimus. Quocirca tibi harum serie benigne committimus et mandamus, quatenus ad praespecificatum diem et locum personaliter comparare, atque praedictae generali diaetae in praenominatum finem interesse, ac ibidem una cum reliquis dominis praelatis, baronibus, magnatibus et nobilibus praefatisque dicti regni nostri Hungariae et partium eidem annexarum statibus et ordinibus benignas intentiones nostras regias ad salutem et conservationem ac emolumentum ipsius regni directas uberius intelligere, ac de iis in medium consulere et tractare noveris, nec intermittas, secus sub poena decretali non facturus. Gratia in reliquo nostra caesareo-regia tibi benigne propensi manentes. Dabantur in archiducali civitate nostra Vienna, Austriae, die secunda mensis februarii, anno Domini Mil-
1712 febr. 2. lesimo septingentesimo duodecimo. Carolus m. p. Comes Nicolaus Illéshazy m. p. Ladislaus Hunyady m. p.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt., Act. abb. Paszt. f. 2. nr. 40.

XXX.

Bécs. 1712. május 27.

III. Károly király Heves-vármegyének megparancsolja, hogy a pásztói apátság elfoglalt javait és jövedelmeit Nezorin Flóriánnak adja vissza.

Carolus Sextus etc. Reverendi, honorabiles, spectabiles ac magnifici, nec non egregii et nobiles fideles nobis dilecti. Demisse simul et querulose repraesentatum est maiestati, nomine et in persona fidelis nostri nobis dilecti honorabilis ac religiosi Floriani Nezorin, sacri ordinis Cisterciensis abbatis Wellehradiensis in Moravia et Beatae Mariae Virginis Pasztó in Hungaria, quod licet idem modofatam abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pasztó, in comitatu isto Hevesiensi existentem, a pientissimae memoriae

imperatore Leopoldo, domino olim, genitore et praedecessore nostro desideratissimo qua Hungariae rege, cum omnibus iuribus, possessionibus et pertinentiis ad eandem abbatiam de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sibi collatam haberet, in eandemque suo modo installatus etiam fuisset; ac prout immediatus eiusdem praedecessor abbas Paszthoiensis Andreas condam Zolnay vita sua comite eandem abbatiam pacifice possedisset et usuasset, ita modofatus etiam exponens in quieta et pacifica eiusdem abbatiae et eo spectantium bonorum possessione permanere et conservari debuisset; supervenientibus nihilominus recenter sopitis motibus sub decursu eorundem complura praedictae abbatiae bona et appertinentiae partim ab infestis laicis et praesertim oppidanis Pasztoiensibus, partim vero etiam ecclesiasticis contra omne ius et aequum et iuris via absque omni occupatae, usurpatae et detentae fuerint ac in praesens usque detineantur; imo uti pro certo intellexisset, illegitimis venditionibus et emptionibus distrahantur, prout et per egregium Franciscum Dul certa mola *Kaposztás* nuncupata, alias claro et optimo iure ad dictam abbatiam pertinens, honorabili Andreae Berkes canonico et praeposito Vaciensi divendita esse perhiberetur; ipseque velut praetensus emptor ex eadem mola obvenientes proventus perciperet, gravi sane legitimorum iurium praedictae abbatiae de Paszto laesione ipsiusque exponentis dammo et praeiudicio manifesto. Cum autem huiusmodi bonorum et praesertim ecclesiasticorum sub recenter sopitis motibus violenter occupatorum et usurpatorum restitutio tenore benignarum novissime defunctae caesareo-regiae maiestatis Josephi, domini fratris et immediati praedecessoris nostri, gloriosae memoriae, desideratissimi, patentium ac etiam benignarum augustae Romanorum imperatricis ac Hungariae reginae dominae matris nostrae honoratissimae, qua vicariae attum rectricis amnystialium per maiestatem quoquo nostram recenter sub dato in civitate nostra Vienna Austriae, trigesima mensis Martii anni nunc currentis infrascripti clementissime confirmatarum, serio demandata esset ipsaque communis iustitia exigeret, ut cuncti possessores suis possessionibus occasione eorundem motuum privata vi vel alias illegitime exclusi et excussi in pristinum ius et bonorum possessionem reponantur, spoliatique ante omnia in integrum restituendi

1712. mircz 30.

venirent. Quapropter vobis hisce benigne ac simul firmiter committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, ad mentem etiam praeallegatarum benignarum patentium et amnystialium per maiestatem quoque nostram uti praemissum est, clementissime confirmatarum, memoratum exponentem in universa bona et iura possessionaria ad praenotatam abbatiam Paszthoiensem pertinentia, et praecipue per praedecessorem ipsius dictum olim Andream Zolnay imperturbate possessa, sed post mortem eiusdem potissimum sub praenotatis notibus violenter et absque omni legali iuris via occupata, usurpata vel etiam divendita, incautis et illegitimis emptoribus ad suos evictores remissis, statim et eo facto reponere et restituere, eundemque vigore etiam benignarum protectionalium in cunctis bonis abbatialibus contra violentos et praeter iuris viam impetitores et turbatores manutenere debeatis et teneamini. Gratia in reliquo nostra caesareo-regia vobis benigne propendenda. Datum in regia arce nostra Posoniensi, die vigesima
. máj. 27. septima mensis maii, anno Domini Millesimo septingentesimo decimo secundo.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 10.

XXXI.

Pásztó. 1713. jan. 18.

Pásztó város, élén Tóth György bíróval, tiltakozik a cziszterczi rendnek a pásztói apátság birtokaiba iktatása és bevezetése ellen.

Georgius Toth, qua liberi privilegiatique oppidi Pászto actualis iudex, et tota eiusdem communitas coram praesentibus dominis iudicibus, penes benignum suae maiestatis sacratissimae praeceptorio-introductorium mandatum procedentibus, solenniter prote-
. jan. 18. stamur super eo: Qualiter nimirum anno modo labenti Millesimo septingentesimo decimo tertio et die decima octava ianuarii ordo sacer Cisterciensis per suum certum hominem eatenus huc exmissum sese non modo in abbatiam Beatae Mariae Virginis hic existentem, verum etiam in certam huius liberi privilegiatique oppidi nostri partem ex eo videlicet, quod eandem iam praevie reveren-

dissimus dominus quondam abbas et loci huius plebanus Andreas Zolnaj titulo pertinentiarum abbatialium violenter apprehendisset, nihil tamen eatenus certi edocuisset, medio dominorum iudicum comitatensium huc exmissorum introduci installarique vellet atque cuperet, damno et praeiudicio nobis sat evidenti et manifesto. Ne itaque huiusmodi eiusdem sacri ordinis, ita et aliorum praetensivorum dominorum introductioni installationique per silentium taciturnitatemque quoquo modo consentire consensisseque arguamur, eidem introductioni installationique, in quantum privilegiis, praerogativis, iurisdictionibusque nostris praeiudicaret, cuius evidens documentum innotescit, palam, publice et manifesta contradicimus. Petendo desuper literas authenticas testimoniales. Iidem, qui supra.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 22.

XXXII.

Vácz. 1713. február 4.

A váczi káptalan jelenti, hogy Berkes András váczi prépost és kanonok előtte tiltakozott Nezorin Flórián pásztói apátnak a Pásztón levő Káposztás-malomba való beiktatása ellen.

Nos capitulum cathedralis ecclesiae Vaciensis memoriae commendamus, tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod reverendissimus dominus Andreas Berkes, praepositus et concanonicus noster in conspectum nostri exurgens, per formam solemnis protestationis nobis detexerit et significaverit hunc in modum: Quomodo ipsi pro certo innotuisset, quod quidam religiosus pater ordinis Cisteriensis e monasetrio Villegradiensi (igy) in marchionatu Moraviae situato, nomine et in persona reverendissimi in Christo patris Floriani Nozerin, monasterii eiusdem abbatis, his recenter elapsis mensibus in abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pásztó, in comitatu Hevesiensi habitam, sese taliter, qualiter introduci fecisset bonaque eiusdem ibidem eo praetensive spectantia ipso facto occupasset. Et licet eotum statim medio certi mandatarii sui, respectu molendini, vulgo *káposztás Malom* appellati, in eodem oppido Pásztó habiti protestari contradicique iussis-

set: in melius tamen esse, praesentibus quoque, in quantum videlicet iuribus hypothecariis inibi habitis eiusmodi contradictio et preoccupatio praeiudicaret, eidem solemniter contradicit et protestatur inhibetque omnes et singulos, donec eodem domino protestanti de pleno et ex aequo satisfactum fuerit, ab eiusdem molendini apprehensione, usuatione utilitatumque perceptione, palam, publice et manifeste coram nobis. Datum Vacii, die quarta februarii, anno
1713. febr. 4. Domini Millesimo septingentesimo decimo tertio.

A váczi káptalan országos levéltárában, a keletnek megfelelő jegyzőkönyvben.

XXXIII.

Wellehrád. 1713. november 6.

Nezorin Flórián kéri a pozsonyi kamarát, hogy őt Zenneg György Kristóf, vagy más kamarai tisztviselő által a pásztói apátság birtokaiba vezettesse be.

Inclytum camerale Consistorium!

Gratiose reminisci dignabitur praelibatum inclytum camerale consistorium, qualiternam, quibusve ex rationibus et motivis sacratissima caesarea regiaque maiestas abbatiam Beatissimae Mariae Virginis de Pasto, in comitatu Hevesiensi existentem et ab antiquo ad sacrum ordinem nostrum Cisterciensem spectantem, mihi benignissime conferre, cameraeque huic suae regiae ungarico-aulicae clementer mandare dignata est, quatenus me non modo in eandem abbatiam de Pasto suo modo installare, verum bona universa, ad dictam abbatiam de iure et ab antiquo spectantia, mihi medio certi cameralis officialis assignari curare velit. Et licet quidem ego in memoratam abbatiam per illustrissimum dominum comitem Joannem Georgium Szunyogh, camerae huius regiae ungarico-aulicae vicepraesidem iam installatus sim: bona tamen ad dictam abbatiam spectantia mihi per officialem cameralem necdum sunt resignata. Ne igitur iustis iuribus meis, ad praeattactam abbatiam spectantibus, bonorumque proventibus ulterius quoque destituar, inclytum camerale consistorium obsequiose requirendum esse duxi: dignetur eiusmodi resignationis bonorum provinciam, secundum

contenta benignarum altefatae suae maiestatis sacratissimae collationalium, tenoremque mandati installatorii, camerae huic regiae suo modo ante aliquot annos exhibiti, perillustri domino Georgio Christophoro Zeunek (így), districtus Budensis camerali inspectori, vel vero alteri cuipiam viciniori camerali officiali gratiose delegare, meque medio talis legitime in bona ad eandem abbatiam spectantia introduci et mihi assignari curare. Quam eatenus inclyti cameralis consistorii exhibendam mihi gratiam omni nacta occasione remereri et reservire studebo. Super quod dum favorabilem praestolor resolutionem, maneo inclyti cameralis consistorii servus et capellanus obsequiosissimus Florianus Nezorin, sacri ordinis Cisterciensis abbas Pilisiensis et de Paszto.

Az okirat hátán 1713. nov. 6-iki datum olvasható.
Papirosra irt egyszerű másolatban: Magyar orsz. levélt. Eccl. Cam. fasc. 30. nr. 42.

XXXIV.

1714. Wellehrád.

Nezorin Flórián pásztói apát kéri III. Károly királyt, hogy részére szintén olyan kir. rendeletet adjon, minővel a többi pásztói földesurak jogát biztosította alattvalóikkal szemben.

Sacratissima caesarea regiaque Maiestas! Domine Domine Clementessime! Humillima et religiosa cum submissione maiestati vestrae sacratissimae detegere necessitor, quod licet possessores ac domini terrestres oppidi Pasztó, in comitatu Hevessiensi existentis, nomine collectivo certum non ita pridem evolutis diebus demissum memoriale maiestati vestrae sacratissimae porrexissent ac huius intuitu tale benignum caesareo-regium ad praefatum comitatum Hevessiensem directum obtinuissent mandatum, quatenus idem incolas dicti oppidi Pásztó primum quidem authoritate sua magistratuali in verbo regio ad debitam praeattactis legitimis suis dominis terrestribus obedientiam et subiectionem praestandam, dispositionibusque eorundem paritionem commonefacere, renitentes vero et nefors refractarios opportunis quibusvis mediis etiam per assistentiam comitatensis brachii compellere et saepefatos dominos

terrestres in legitimis eorundem iuribus manutenere debeat; attamen dum huiusmodi benignum mandatum repetito comitatui praesentatum ac vigore eius, seu pro illius debita executione antelatis Pasztoiensibus terminus praefixus fuisset ac in continenti abbatiae meae Pasztoiensis per me constitutus administrator nomine meo, tanquam pariter domini terrestris semet insinuasset et consequenter istiusmodi benigni mandati effectus et beneficii tanquam nomine collectivo impetrati dictam etiam abbatiam meam Pasztoiensem participem futuram confidisset: nihilominus praefati reliqui domini terrestres tum ex eo, quod ego, aut praefatus administrator meus ad porrigendam huiusmodi instantiam exoperandumque benignum eatenus mandatum nullum consensum praebuerimus, minus vero ad expensas hoc fine erogatas concurrerimus, contra nos protestati fuissent hocceque beneficio, seu benigni mandati effectu praefatam abbatiam meam exclusam esse voluissent, prouti etiam iidem quidem in possessionem portionum suarum ad mentem praelibati benigni mandati per dictum comitatum restituti extitissent, mei vero subditi abbatiales intellecta hacce divisione et protestatione, debitam paritionem et obedientiam repetito administratori meo et concomitanter mihi etiamnum negarent, gravi dictae abbatiae damno et praeiudicio manifestissimo. Cum autem similium similis esset ratio, sed et quod nomine collectivo seu universorum compossessorum agitur, id neminem eorundem excludi patitur; cui accederet, manifestum esse et ex actis diaetalibus constare, me quoque cum reliquis dominis terrestribus similiter nomine collectivo ad coërcitionem et subiectionem dictorum renitentium subditorum Pasztoiensium sub decursu praeteritae diaetae egisse et cooperatum fuisse, et consequenter quemadmodum pro omnibus dominis terrestribus, ita etiam pro me articulum eatenus conditum esse. Nec obstare posset non praebitus praevius ad eorundem instantiam exoperandumque benignum praeattactum mandatum meus aut administratoris mei assensus et nullus hucusque in expensas per ipsos eatenus factas concursus. Si etenim, uti id quidem fieri convenisset et debuisset, intentionem suam mihi, aut toties fato administratori meo, alias semper ibidem praesenti praevie aperuissent, non solum assensum eatenus nostrum, veluti in bonum ecclesiae vergentem libenter praebuissemus, verum etiam in necessarias hoc

fine expensas promptissime concurrissemus, prouti etiam easdem secundum proportionem refundere omni momento paratus ero. Proinde maiestati vestrae sacratissimae humili de genu supplico, dignetur altetitulata maiestas vestra ex innata sibi Austriaca in ecclesias Dei pietate et zelo pro me quoque separatim tale benignum mandatum caesareo-regium, quale reliqui domini terrestres, seclusa omni mutua eatenus mecum cointelligentia, nuperrimis diebus impetrarunt, clementissime expediri facere ac repetito comitatui Hevesiensi virtute eisdem serio praecipere, ut me quoque in illam possessionem, quam praedecessor meus Andreas Zolnay iure et titulo abbatiali tenuit, eo facto, non obstantibus quorumvis protestationibus, inmittere et consequenter subditis meis abbatialibus omnem debitam domino suo terrestri paritionem et obedientiam cum effectu imponere debeat. Quo in passu clementissimam praestolaturus resolutionem, persevero eiusdem maiestatis vestrae sacratissimae humillimus ac perpetuo fidelis subditus et indignus capellanus Florianus Nezorin, abbas Wellehradiensis in Moravia et Pilisensis ac Pasztoiensis in Hungaria.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt. Act abb. Paszt fasc. 3. nr. 28.

XXXV.

Bécs. 1714. július 23.

III. Károly király megparancsolja Heves-vármegyének, hogy Nezorin Flóriánt segítse a pásztói apátság birtokába és embereit engedelmességre szorítsa az apátság iránt.

Carolus Sextus, Dei gratia etc. Reverendi, honorabiles etc. fideles nobis dilecti. Memineritis, quidnam vobis vigore certi benigni mandati nostri sub dato in castro nostro Laxemburgh, die trigesima mensis maii anni currentis infrascripti, ad instantiam oppidi Paszto dominorum terrestrium et possessorum nomine collectivo communiter sumptorum, de et super eo, ut nimirum incolas et refractarios subditos Pásztoienses primum authoritate vestra magistratuali in verbo nostro regio ad debitam praefatis legitimis dominis suis terrestribus obedientiam et subiectionem praestandam commonefacere, renitentes vero 1714. máj. 30.

opportunis quibusvis mediis, etiam per assistentiam brachii comitatensis compellere debeatis, clementer et firmiter commiserimus. Prouti vos eiusmodi benigno mandato nostro debitum morem gessisse et nonnullos dominos terrestres in realem possessionem portionum suarum in dicto oppido Paszto habitarum reposuisse; nescitur autem qua ex ratione, aut nefors quorumpiam protestatione moti abbatem Pasztoiensem, aeque possessorem et dominum terrestrem, cui praenotatum benignum mandatum nostrum non minus, quam aliis dominis terrestribus suffragaretur, simpliciter praeteriisse, nec eundem in eam, in qua praedecessor ipsius Andreas quondam Zolnay fuisset, possessionem restituisse, ex eiusdem abbatis querulosa repraesentatione intelleximus. Et quia in praenotato benigno mandato nostro generaliter et nomine collectivo pro omnibus dominis terrestribus emanato dictum quoque abbatem, et quidem respectu ecclesiasticae dignitatis ac bonorum ecclesiasticorum magis principaliter, quam alios saeculares comprehendi voluerimus et nunc quoque velimus; dum eundem vi antiquarum abbatiae illius fundationalium in oppido Paszto possessionatum et dominum terrestrem fuisse, imo praedecessorem quoque ipsius praefatum condam Andream Zolnay actualem possessionem habuisse, etiam vobismetipsis constare posset: quapropter vobis tenore praesentium serio et firmiter committimus et mandamus, quatenus in vigore praenotati prioris communiter pro omnibus praefatis dominis terrestribus, adeoque ipso etiam abbate emanati, tum vero particularis huius benigni mandati nostri mentionatum abbatem Pasztoiensem in eam possessionem, quam praedecessor eiusdem, Andreas condam Zolnay iure et titulo abbatiali ante novissimos intestinos motus tenuit et habuit, ac post mortem eiusdem in modernum abbatem legitime condescendit, non obstantibus quorumvis protestationibus, ipso facto restituere et consequenter subditis etiam abbatialibus omnem eidem, velut domino terrestri debitam paritionem et obedientiam imponere, taliterque eundem manutenere debeatis nec intermittatis. Gratia in reliquo etc. Datum in civitate nostra Vienna, Austriae die
1714. júl. 23. vigesima tertia iulii, anno Domini Millesimo septingentesimo decimo quarto. Carolus. Comes Nicolaus Illésházy. Ladislaus Hunyady.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. lev. Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 29.

XXXVI.

Wellehrád. 1714. deczember 3.

Nezorin Flórián a pásztóiakat felszólítja, hogy az ő apátsági jobbágyait ne zsarolják, mert különben velök szemben a törvény terére lép.

Circumspecti ac honesti etc. Querulose repraesentarunt mihi iobbagyiones mei ad claustrum Beatae Virginis Mariae de Pasztho adspectantes, concives vestri, qualiter a vobis ex quo authoritate caesareo-regia sub meam devenere iurisdictionem et potestatem dominicalem, nescio, quo sinistro affectu afflante, variis extraordinariis et iniustis pecuniaribus exactionibus, quae neque authoritate publica impositae essent, neque in publicum regni emolumentum applicarentur, aggravati, multique aliis modis praeter ius et fas divexati hucusque extitissent. Cum vero id non solum charitati concivibus debitae, verum etiam communi iustitiae distributae, quae et onera et favores inter cives aequa bilance ac pondere distribui praecipit, e diametro adversetur, mihi vero, qua domino eorundem terrestri incumbat, eosdem contra omnem vim et iniuriam pro posse protegere et tueri: eapropter vos hisce decenter amiceque hortatos admonitosque volui, quatenus antelatos iobbagyiones meos, concives vestros modo praemisso posthac aggravare, iniustisque extorsionibus divexare non praesumatis, secus vobismetipsis imputaturi, si remedia efficaciora ac fors minus grata apud augustam aulam contra vos impetrare necessitus fuero; interim aequiora sperans, vos divinae protectioni devoveo ac maneo. Wellehradii, tertia decembris, anno Domini Millesimo septingentesimo decimo quarto. 1714. decz. 3.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 35.

XXXVII.

Pásztó 1715. márczius.

Gonczik Péter pásztói cziszterczi rendtag kéri Erdödy Gábor gróf egri püspököt, parancsolja meg a pásztói plébánosnak, hogy Pásztón a Monostor-malmot és az apáti épületet adja vissza a pásztói apátságnak.

Illustrissime et reverendissime Domine, sacri romani imperii comes, domine Episcope, domine et patrone colendissime! Cum meus reverendissimus, dominum monasterii Wellehradensis in Moravia abbas, tam per donationales suae maiestatis sacratissimae, quam etiam per
1714. júl. 23. decretum eiusdem anno Millesimo septingentesimo decimo quarto, sub dato vigesima tertia iulii emanatum in omnia iura pie defuncti domini Andreae Zolnay abbatis de Paszto et possessiones successerit; et insuper cum praefatus pie defunctus dominus abbas Andreas Zolnay non solum domum abbatialem, sed etiam molam dictam *Monostor* ad monasterium et abbatiam Pasztiniensem pertinentem qua abbas legitime possederit; et denique cum de facto dominus plebanus loci eandem domum abbatialem, non scio, quo iure, occupet et mola dicta Monostor utatur: ideo ego, utpote administrator indignus abbatiae de Paszto, hisce apud illustrissimam et reverendissimam dominationem vestram humillime supplico, obnixe rogans, quatenus illustrissima et reverendissima dominatio vestra gratiosissime domino plebano loci demandare dignetur, ut praefatae abbatiae de Paszto hanc domum et molam restituat mihique resignet et cedat, ut facilius rudera eiusdem abbatiae, uti intendo, restaurare et reaedificare pro maiori Dei gloria valeam. Pro qua gratia in meis sacrificiis missae illustrissimae et reverendissimae dominationis vestrae omni tempore memor existam. Illustrissimae et reverendissimae dominationis vestra maneo clientum minimus pater Petrus Gonczik, ordinis Cisterciensis Wellehradii in Moravia professus, abbatiae de Paszto administrator.

Papirosra irt hiteles másolatban: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 15. nr. 21.

XXXVIII.

Vácz. 1715. július 4.

A váczi káptalan jelenti, hogy Siráky András és Rákóczy István a maguk és összes rokonaik nevében kinyilvánították Csontfalva pusztának 200 raj. frtért történt eladását a pásztói apátság részére.

Nos capitulum ecclesiae Vaciensis memoriae commendamus, tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod egregius et nobilis Andreas Siráky ab una, ab altera vero partibus egregius similiter et nobilis Franciscus Rákóczy, egregii condam Stephani Rákóczy, ex nobili domina Maria Aranyi, consorte videlicet eiusdem susceptus et progenitus filius tam suis, quam et reliquorum consanguineorum suorum, utpote Francisci et Elisabethae Siráky et attactae Mariae Aranyi, praefati Francisci Rákóczy charissimae genitricis nominibus et in personis coram nobis personaliter constituti, oneribus primum et quibuslibet gravaminibus universorum tam praescriptorum, quam et aliorum quorumlibet haeredum et successorum, quos videlicet praesens infrascriptum tangeret et concerneret, tangereve et concernere nunc vel in futurum quovis modo posset negotium, per omnia sese assumptis et levatis, matura dein et exacta intra se animorum suorum deliberatione praehabita, sponte, libere, vivaeque vocis ministerio fassi sint retulerintque nobis taliter: Qualiter iidem fatentes cum iisdem praescriptis seu praenominatis suis perarduis quibusdam compulsi necessitatibus, sed et variis ducti considerationibus, motivisque ac rationibus, praedium Csontfalva vocatum, territorio Pasztoiensi immediate vicinum et adiacens, inque comitatu Kis-Neogradiensi existens et habitum, cum omnibus eiusdem appertinentiis et utilitatibus quibuslibet, ad illud de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, reverendis et religiosis patribus ordinis Cisterciensium abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pasztho, in dioecesi Agriensi situatae, in et pro florenis ducentis Rhenensibus, iure perpetuo et irrevocabili tenendum, possidendum et habendum dedissent et vendidissent, nullum ius nullamve iuris aut dominii proprietatem sibi suisque praescriptis, ita et

successoribus utriusque sexus universis in eodem praedio peramplius reservando; sed totum et omne illud ius et proprietatem in dictos religiosos ordinis Cisterciensium abbatiae Beatae Mariae Virginis de dicto Paszto transferendo, prouti dederunt, vendiderunt et perpetuo transtulerunt palam publice et manifeste coram nobis, literas antiquas originales aquisitionales desuper emanatas nihilominus apud se detinendo et asservando; harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Vacii die quarta mensis iulii, anno Domini Millesimo septingentesimo decimo
1715. júl. 4. quinto. (L. S.). Praesentem copiam cum vero originali suo instrumento comportatam eidem per omnia conformem esse repertam, attestor infrascriptus. Wiennae, vigesima tertia octobris, anni Mil-
1718. okt. 23. lesimi septingentesimi decimi octavi. Elias Wanyeczy regius aulicus Hungaricus secretarius.

Papirosra írt hiteles másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 24. nr. 4. és 35.

XXXIX.

Vácz. 1715. július 4.

A váczi káptalan jelenti, hogy Gonczik Péter pásztói jószágkormányzó előtte tiltakozott a pásztói apátsághoz tartozó földeknek és réteknek Bakabányi János pásztói plébános által történő művelése ellen.

Nos capitulum ecclesiae Vaciensis memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod reverendus pater Petrus Gonczik, ordinis Cisterciensis, bonorum abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pásztó administrator, coram nobis personaliter constitutus, in forma solennis protestationis, contradictionis et inhibitionis nobis detegeret sequentibus: Qualiter his non ita pridem evolutis temporibus, reverendus dominus Joannes Bakabányi, loci eiusdem Pásztó plebanus actualis, certos agros, alias ad eandem abbatiam Beatae Mariae Virginis spectantes, nescitur quibus ductus rationibus, contra apertissimam licet privatam, eiusdem et praenominati reverendi patris administratoris protestationem et contradictionem factam, pro se arari et inseminari,

prata quoque nonnulla falcari faceret, taliterque sibi appropriaret et usuare praesumpsisset, praesumeretque etiam de praesenti, in grave praelibatae abbatiae praeiudicium damnumque ipsius evidens ac manifestum. Volens igitur idem reverendus pater protestans iuribus eiusdem saepefatae abbatiae omni meliori modo prospectum iri, eidem atque violento actui praememorati domini plebani, uti et aliis ne fors attentatis aut attentandis solemniter contradicit protestando, et protestatur contradicendo, inhibetque eundem dominum plebanum pariter et homines ipsius omnes et singulos ab eiusmodi agrorum pratorumque ac aliorum qualiumcunque bonorum ad saepeinsinuatam abbatiam pertinentium quovismodo attentanda apprehensione et usuatione sub poena decretali. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Vacii, die quarta mensis iulii, anno domini Millesimo septingentesimo decimoquinto. 1715. júl. 4.
Lecta in Capitulo. (L. S.)

Papirosra írt eredetije a zirczi apátsági levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 15. nr. 30.

XL.

Szécsény. 1715. szeptember 23.

Kohári István gróf országbíró Heves- és Nógrád-vármegye szolgabíráinak és esküdteinek meghagyja, hogy Gonczik Péter pásztói jószágkormányzó kérésére hivatalos vizsgálatot tartsanak és ezt írásba foglalják.

Comes Stephanus Kohári de Csábrágh et Szitnya perpetuus in Murány, iudex curiae regiae, sacratissimi principis ac domini domini Caroli Sexti, Dei gratia electi Romanorum imperatoris semper augusti, ac Germaniae, Hispaniarum, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniaeque etc. regis, archiducis Austriae, ducis Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, marchionis Moravie, comitis Habspurgi, Tyrolis et Goritiae, etc. actualis intimus consiliarius colonellus, comitatus Honthensis perpetuus supremus comes, generalis campi mareschalli locumtenens et partium regni Hungariae Cis-Danubianarum confiniorumque Antemontanorum vicegeneralis, egregiis et nobilibus iudici nobilium

eisdemque adiungendorum iuratorum assessorum comitatuum Hevesiensis et Neogradiensis cum praesentibus requirendorum salutem cum favore. Expositum est nobis nomine et in persona admodum reverendi patris Petri Gonczik, administratoris abbatiae de Paszto, qualiter idem exponens in facto certorum quorundam negotiorum suorum coram clarius declarandorum, fassionibus et attestationibus nonnullorum reverendorum, honorabilium, spectabilium ac magnificorum, necnon egregiorum ac nobilium, sed et ignobilium ac alterius cuiusvis status et honestae conditionis, utriusque sexus, tam ecclessiasticae, quam vero saecularis dignitatis dictorum comitatuum hominum, quibus videlicet ea manifeste constarent, ad praesens pro iurium suorum tuitione plurimum indigeret, essentque eidem necessaria. Ob hoc idem exponens medio vestri quandam pro sui parte attestationem testiumque inquisitionem celebrari facere vellet lege regni admittente. Cum autem veritatis confessio ac fidedignorum hominum testimonia nemini debeant abnegari, pro eo vobis harum serie authoritate nostra iudiciaria, qua pleno iure fungimur, praecipientes, committimus et mandamus: Quatenus acceptis praesentibus, vos ad praefatos universos et singulos reverendos honorabiles, spectabiles ac magnificos, egregios item et nobiles, sed et ignobiles ac alterius cuiusvis status et honestae conditionis praefatorum comitatuum vestrorum utriusque sexus, tam ecclesiasticae, quam saecularis dignitatis homines, quos videlicet praefatus exponens vel eius nomine homo, aut procurator ipsius per eundem ad id deputandus duxerit nominandos, simul vel divisim constitutos personaliter accedendo, ab iisdemque, a spiritualibus quidem ad conscientiae eorum puritatem, a saecularibus vero ad fidem eorum domino Deo debitam fidelitatemque praefato domino imperatori et regi nostro sacroque eius regio diademati observandam, sub onere solutionis sedecim marcarum gravis ponderis in generali regni decreto superinde expresse contentarum super eis, si qui forsitan cum praesentibus requisiti testimonium veritatis perhibere recusaverint, per eos, quorum interest, vigore praescripti generalis regni decreti immediate et irremissibiliter exigendarum qualis ipsis de iis omnibus rebus et negotiis, de quibus scilicet nomine et in persona dicti exponentis fuerint interrogati, constiterit certitudo veritatis, suo modo sciatis, inquiratis et ex-

periamini meram, plenam atque omnimodam certitudinis veritatem; et post haec huiusmodi fassionibus et attestationibus dictorumque testium inquirendorum nominibus ac rescitae veritatis praemissorum serie, literas tandem attestatorias testimoniales sub privatis sigillis et chirographis vestris per vos, vel si idem exponens ita voluerit, ad fidelem relationem vestram sub sigillo praefatorum comitatuum usitato et authentico, per eosdem comitatus memorato exponenti, iurium suorum futuram ad cautelam necessarias, modis omnibus extradari volumus et iubemus. Communi svadente iustitia. Secus non facturi. Datum Szécsény, die vigesima tertia mensis septembris, 1715. szept. 23. anno Domini Millessimo septingentesimo decimo quinto. (L. S.) Comes Stephanus Koháry m. p.

Viaszba nyomott papiros pecséttel.
Papirosra írt eredetije: Zirczi apáts. levt., Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 37.

XLI.

Pásztó. 1715. október 13.

Nedeczky Mihály királyi táblai jegyző jelenti, hogy Rákóczy Gábor tari plebános állítása szerint, hites tanúk a Monostor-malmot és az apáti házat már a XVII. században a pásztói apátság tulajdonának vallották, s azokat ő is apátsági birtoknak tudja.

Infrascriptus sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis excelsae tabulae regiae iudiciariae iuratus notarius sub eo, quo eidem excelsae tabulae iudiciariae adstrictus sum, iuramento fateor et recognosco, tenore praesentium significando, quibus expedit, universis: Quod die, mense et anno infrascriptis in possessione Tarr, inclyto comitatui Hevessiensi adiacenti, ibidemque in domo parochiali existens, cum admodum reverendo patre Petro Gonczik, sacri ordinis Cisterciensis regii et antiquissimi monasterii Welhradiensis (így) professo et moderno bonorum abbatialium Beatae Mariae Virginis de Pásztó administratore, qui ubidum de certa mola *Monostor molna* (így) dicta ac domo immediate penes claustri rudera situata, inque oppido hoc Pásztó et praetitulato inclyto comitatu Hevessiensi adiacenti, ac modo ad ecclesiam, nescitur

quibus modis, Pásztóviensem parochialem applicari coepta, quaestionem movisset, quidnam sentiat de eisdem mola et domo reverendissimus dominus Gabriel Rákóczy, venerabilis capituli ecclesiae cathedralis Agriensis titularis canonicus et attactae possessionis Tarr et aliarum, signanter Maczunka ecclesiarum filialium plebanus: extunc idem reverendissimus dominus sub puritate sacerdotalis conscientiae suae, bona et christiana fide, sponte et benevole, praesente me, ibidem retulit et fideliter recognovit,
1670. plebaniam eandem cum filialibus adhuc Millesimo sexcentesimo septuagesimo anno administrare coepisse seque iam annorum octoginta duorum senio confectum esse, et bis eo inquisitionem ratione molae et domus peragendam ante annos circiter octodecim cum defuncto admodum reverendo domino Andrea Almásy, plebano Gyöngyössiensi, pro adiuncto delegatum per illustrissimum dominum episcopum Agriensem Georgium Fenessy exstitisse; occasione cuius certus centum et decem annorum oppidi huiatis incola, Stephanus Magyari dictus, et alii octoginta duorum, octoginta, septuaginta quinque annorum senes testes praevio corporali iuramento fassi fuerunt, quod in domo abbatiali, quam pro nunc plebanus huias possideret, ludebant et eadem nunquam parochialis, sed semper abbatialis domus et mola monasterialis, unde etiam nomen accepit *Monostor Molna*, fuerat et vocabatur; et ipse reverendissimus condam dominus Andreas Zolnay praedecessor abbas post eandem inquisitionem, qua mediante eundem praelibatus illusstrissimus dominus episcopus Agriensis exturbare nitebatur, praespecificatas domum et molam, qua ad abbatiam iuste pertinentes pacifice possidebat; ideoque se mirari, qua conscientia superiores ecclesiastici possunt earundem domus et molae usum, fructum percipere, quia millies iurare vellet, quod nunquam ad parochiam, verum semper ad claustrum spectabat; quam quidem peractam inquisitionem in conservatorio venerabilis capituli Agriensis putaret esset repositam. Super qua praevio modo facta et non aliter coram me recognitione, relatione et fassione praesentes literas meas, manus propriae subscriptione et sigilli usualis appressione communitas, iurium praelibatae abbatiae futura pro cautela necessarias extradedi testimoniales. Actum in oppido Pásztó, die decima
. okt. 13. tertia mensis octobris anno Domini Millesimo septingentesimo

decimo quinto. Michael Nedeczky, per quem et correcta in vocibus quinque.

Pecséttel.
Papirosra írt eredetije: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 15. nr. 35.

XLII.

Tar. 1716. április 6.

Rákóczy Gábor tari plébános hivatalosan kijelenti, hogy Cziganek István pásztói jószágkormányzó egy ezüst pohárkát és hollandi posztót neki hálából, s nem más okból adott ajándékba.

Infrascriptus etiam denominatus Gabriel Rákóczy, canonicus Agriensis et actualis plebanus Tariensis, sub puritate conscientiae meae sacerdotalis recognosco praesentium per vigorem et attestor: Quod adhuc anno Millesimo septingentesimo duodecimo, circa 1712. okt. finem mensis octobris mihi reverendus pater Stephanus Cziganek, attunc abbatiae Beatae Virginis Mariae de Pásztho, in inclyto comitatu Hevessiensi existentis, habitae pro tempore administrator, dederit in vicem gratitudinis unum poccellum argenteum et pro clerica Hollandicum pannum, non vero causa alicuius corruptionis, et ut hoc esset meae puritatis conscientiae destructio: siquidem et ego antecessori praelibati reverendi patris Stephani Cziganek, reverendo patri Methudio Zborka dederam pro sustentatione, omitto alia, quae abbatiae de Pásztho amore promovendi cultus divini praesentavi et dedi, ut desertum praedium Szúpatak, quod ducentis et quindecim florenis Hungaricalibus emi, duas vineas, equum et alia, per quadrantem anni necessaria victualia; quibus taliter a me praestitis, idem quoque praementionatus pater Stephanus Cziganek a reverendissimo suo domino abbate in sortem gratitudinis, non alium in finem tulerat et obtulerat mihi praescripta, quae non sunt dicenda argenteria et res sericeae. Unde haec supra gratitudinis causa mihi praesentare non debent, meas recognitionales, fassionales et attestatorias literas in praesentia perillustris ac generosi domini Michaelis Nedeczky reverendo patri Petro Gonczik, administratori moderno abbatiae Beatae Virginis Mariae de Pásztho, pro iurium suorum et indemnitatis futura pro

cautela necessarias, sub puritate conscientiae meae sacerdotalis datas et acceptas, quas etiam penes mandatum compulsorium in praesentia perillustris ac generosi domini Francisci Laskovicz iudicis nobilium et adiuncti iurati assessoris inclyti comitatus Hevesiensis iterato sub puritate conscientiae meae confirmavi, evertere; quia millies interrogatus non aliter bona et pura conscientia possum fateri, nisi sic, prouti iam fassus sum, nempe, quod mola Monostor et domus abbatialis, de qua controvertitur ad abbatiam ordinis Cisterciensis, et non ad plebanum vel templum parochiale pertinuerit. Datum in possessione Tarr, die sexta aprilis. Anno Domini
1716. április 6. Millesimo septingentesimo decimo sexto. Gabriel Rákóczy canonicus Agriensis et plebanus Tariensis. m. p. (L. S.)

Papirosra irt eredetije a zirczi apátsági levéltárban: Act. abb. Paszt. fasc. 15. nr. 57.

XLIII.

Eger. 1716. április 28.

Heves-vármegye jelenti, hogy az Egerben tartott megyegyűlésen Gončzik Péter pásztói jószágkormányzó tiltakozott az ellen, hogy egyesek az apátság birtokait lefoglalták és elvezik.

Nos universitas praelatorum, banorum, magnatum et nobilium comitatuum Heves et Exterioris-Szolnok unitorum damus pro
1716. ápr. 28. memoria, quod cum nos die vigesima octava mensis aprilis anni currentis infrascripti in episcopali civitate Agriensi, loco videlicet ac termino celebrationis generalis congregationis nostrae alias consueto, pro pertractandis certis iisque ardius hos comitatus nostros unitos tangetibus et concernentibus rebus et negotiis frequenti numero confluxissemus et una fuissemus constituti, eotum nomine et in persona propriis religiosus pater Petrus Goncsik, qua sacri ordinis Cisterciensis abbatiae Beatissimae Virginis Mariae de Pásztó pro tempore administrator, per forman solennis protestationis, contradictionis, reclamationis et inhibitionis coram nobis semel prosemper detegebat taliter: Qualiter nimirum nonnulli terras, prata, agros, pruneta et alias huiusmodi res ad eandem abbatiam Pásztoviensem pertinentes usuare, fructuare, earundemque pertinen-

tiarum, intermissa omni insinuatione, licentiose fructum accipere in praeiudicium et derogamen authoritatis dominalis eiusdem abbatiae sat evidens et manifestum non formidarent. Quare eiusmodi licentiosae eorundem usuationi et fructuationi quomodolibet fiendae contradixit ac sub amissione etiam pecorum et pecudum ibidem reperibilium et etiam cum moderamine inculpatae tutelae, personarum talium incaptivatione, universos et singulos inhibuit et protestatus est atque reclamavit palam publice et manifeste, petendo desuper literas testimoniales authenticas suo modo extradari. Super qua quidem modo praemisso facta protestatione, contradictione inhibitione et reclamatione praesentes literas nostras testimoniales usitati et authentici sigilli nostri munimine roboratas, ad petitionem praefati protestantis et inhibentis, iurium eiusdem futura pro cautela necessarias, extradandas esse duximus et concedendas, communi svadente iustitia. Datum ex generali congregatione nostra, die et loco supranotatis celebrata, anno Domini Millesimo septingente- 1716. ápr. 28
simo decimo sexto. (L. S.) Per me iuratum praelibatae inclytae universitatis notarium Michaëlem Almásy m. p.

Papirosba nyomott viasz pecséttel.
Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Pászt. fasc. 3. nr. 40.

XLIV.

Bécs. 1716. június 26.

Keresztély Ágost herczegprimás a magyarországi főpapság sorában Nezorin Flórián pásztói apátot is meghívja Nagyszombatba, a hadi segítség megajánlása czéljából.

Reverendissime Domine!

Posteaquam sanctissimus Dominus noster Clemens divina clementia Papa undecimus, pro paterno suo in rem christianam contra immanes Turcarum conatus promovendam zelo, suae maiestatis sacratissimae caesareo-regiae exhausto aerario, prout et regnorum ac ditionum eiusdem subditorumque facultatibus attenuatis praesentaneo opportunoque subsidio ex rebus et bonis ecclesiasticis aliorumque piorum locorum, etiam in apostolico Hungariae

regno collectando succurrere volens, per specialem bullam, respectu quoque venerabilis cleri Hungariae et partium eidem annexarum sonantem ac emanatam pientissime iniunxisset et imposuisset, ut omnes et singuli de venerabili clero, tam saeculares, quam regulares, solis sanctae romanae ecclesiae cardinalibus et ordinis Melitensium equitibus exceptis, universorum fructuum, reddituum, proventuum, iurium, obventionum, distributionum quotidianarum, pensionum et emolumentorum, tam ordinariorum, quam extraordinariorum, in quacunque re consistentium, tam antedictum clerum, quam hospitalia, aliasque pias fundationes respicientium, atque concernencium ratam et integram decimalitatem, ecclesiarum quidem antistites sub suspensionis a divinis et interdicti ab ingressu ecclesiae, capitula vero, conventus, congregationes, societates et collegia quaecunque sub ecclesiastici interdicti, ac singulares personae antistite inferiores, sub excommunicationis poenis, infallibiliter per triennium singulis annis praestent atque persolvant, in cassam belli contra Turcas convertendam. Altefata sua maiestas sacratissima caesareo-regia,
1716. máj. 12. mediante benignissimo decreto, sub dato diei duodecimae mensis maii anni currentis infrascripti, expeditio, mihi clementer praecipere dignabatur, ut eiusdem suae maiestatis apostolico-regia authoritate, qua etiam primas universos dominos praelatos et clerum saecularem aeque ac religiosum in liberam ac regiam civitatem Tyrnaviensem convocarem et cum iisdem consultarem, qualiter nimirum praenotata subsidia per triennium duratura et in tam salutarem finem deputata, quotannis exigi et per universos ac quoslibet huic praestationi obnoxios, adeoque concursum pertrahendos, faciliori et celeriori modo administrari et conferri possint; aut forsitan saepefatus venerabilis clerus ad quampiam quotam pecuniarum invicem seu redemptionem singillativae et particularis collectationis praevia conventione exsolvendam et intra triennium quolibet anno praestandam, condescendere vellet. Ad cuiusmodi congressum, si omnino eidem venerabili clero ad evitanda fastidia, tum ex particulari cuiusvis bonorum, proventuum et facultatum investigatione, tum vero proportionatae collectationis, indubie emergentia, accordare placuerit, altetitulata sua maiestas eo sufficienter instructum deputabit comissarium et per eundem benignam eatenus mentem ac intentionem suam uberius declarabit. Eapropter, in conformi-

tate praeadducti benignissimi suae maiestatis sacratissimae mandati, praetitulatam dominationem vestram praesentibus hortor atque requiro, quatenus praemissum in finem pro termino diei trigesimae primae mensis iulii anni currentis infrascripti Tyrnaviae adesse, aut 1716. júl. 31.
si personaliter comparere non posset, sufficienter instructum mandatarium suum, qui nomine praetitulatae dominationis vestrae super redditibus, sive proventibus ex beneficiis in apostolico Hungariae regno partibusque eidem annexis habitis annuatim eidem dominationi vestrae obvenientibus fidelem eamque genuinam faciat relationem, eo expedire velit, nec intermittat, manens, Viennae vigesima sexta 1716. jún. 26.
iunii anno Millesimo septingentesio decimo sexto praetitulatae dominationis vestrae etc.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. 1716. jún. 26. kel. lev.

XLV.

Nagy-Szombat, 1716. augusztus 14.

Az esztergomi érsek felszólítja Nezorin Flórián pilis-pásztói apátot, hogy a Monostor-malom és a ház ügyét egyházi bíróság, és pedig az egri püspöki consistorium elé adja.

Reverendissime domine! Praesentavit mihi acclusas literas illustrissimus dominus episcopus Agriensis comes Gabriel Erdody, sibi ab administratore ordinis et abbatiae reverendissimae dominationis vestrae de Pasto perscriptas, quibus io eo mentem reverendissimae dominationis vestrae declararet, ut negotium ratione molae et domus cuiusdam interdictam abbatiam et certam parochiam dioecesis Agriensis controversum potius in foro saeculari, quam coram sacra sede Agriensi promoveretur. Quoniam vero exinde tam praefatae sedi Agriensi, quam metropolitanae etiam meae sedi Strigoniensi, ad quam a dicta Agriensi appelatio fieri debet et solet, praeiudicium fieret, dum negotium hocce inter clerum solummodo versans et ratione in causam attrahendi ad forum spirituale pertinens coram iudicio saeculari tractaretur: eapropter reverendissimam dominationem vestram hisce benigne admonendam duxi, quatenus in praedicto potius foro spirituali,

coram sede nimirum Agriensi hoc proponere ac promovere velit, cum praesertim, si per eiusdem etiam sententiam memorata abbatia eiusdem gravaretur, aut iuribus ipsius praeiudicium fieret, salva semper ad metropolitanum meum consistorium maneat appellatio et omne gravamen aut iniusta laesio facile rursus per idem corrigi poterit. Qui de reliquo plene propensus, persevero Tyrnaviae,
1716. aug. 14. die decima quarta augusti anno Domini Millesimo septingentesimo decimo sexto, reverendissimae dominationis vestrae affectionatissimus cardinalis de Saxonia m. p.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 15. nr. 68.

XLVI.

Bécs. 1716. szeptember 9.

Keresztély Ágost herczegprimás felszólítja Nezorin Flórián pilisi és pásztói apátot, hogy a hadi segítség czímén megajánlott nyolczvan forintot kellő időben fizesse meg.

Reverendissime Domine Abbas!

Posteaquam suae maiestati sacratissimae caesareo-regiae demisse retulissem, venerabilem regni Hungariae clerum nuperrime Tyrnaviae congregatum, in vicem, sive redemptionem ratae universorum proventuum suorum ecclesiasticorum decimalitatis, ex vi bullae pontificiae idcirco emanatae, pro modernis belli necessitatibus praestandae in contestationem humillimae devotionis suae, certam aliquam quottam, praememoratam decimalitatem superan-
1716. nov. 1. tem, pro die prima affuturi mensis novembris, in paratis infallibiliter persolvendam, humillime obtulisse: altefata sua maiestas sacratissima ita nihilominus et hac sub cautela, alias per venerabilem clerum ultronee oblata, per expressum reservata, ut si circa unius et alterius oblatum, quasi idem nec antememoratam decimalitatem adaequaret, dubium foret, tales etiam ipsius bullae rigorem experiri, adeoque sub poenarum in mox dicta bulla specificatarum incursu, annuos redditus suos genuine fateri teneantur, oblatam talismodi quottam non tantum benignissimo animo suscipere, verum etiam super eo, ut exsolutio eiusdem quottae, usque

diem primam affuturi mensis novembris prolongetur atque differatur, clementissimam praebere annuentiam dignabatur. Cum itaque mandatarius reverendissimae dominationis vestrae occasione dicti congressus ex annuis abbatiarum Pilisiensis et de Paszto redditibus octvaginta florenos Rhenenses praemissum in finem praestandos obtulerit: desideratur, ut hos octvaginta florenos praetitulata dominatio vestra usque diem primam affuturi mensis novembris anni nunc currentis ad summum hic Viennae manibus hominis mei ad id destinati absque defectu, adeoque infallibiliter numerari et persolvi faciat; sua quippe maiestas sacratissima pecunias huiusmodi iam assignasset in praescripto termino persolvendas; et ii, qui in exsolutione quottae sibi obtingentis morosi vel renitentes extiterint, eidem, cui assignatio facta esset, expensas eo in passu causandas bonificare tenebuntur. His maneo. Viennae, nono septembris, anno Millesimo septingentesimo decimo sexto, praetitulatae dominationis vestrae affectionatissimus cardinalis de Saxonia m. p.

1716. nov. 1.

nov 1.

1716. szept. 9.

Papirosra írt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Paszt. Fasc. 36. nr. 5.

XLVII.

Pozsony. 1717. április 21.

III. Károly király utasítja Szentiványi János országbirósági főjegyzőt, hogy azon ügyet, mely a pásztói jobbágyok által a királyi fiscusnál fegyverjog czímén lefizetett 4000 rajnai forint miatt, a pásztói földesurak és jobbágyaik között fenforgott, vizsgálja meg és itéljen.

Carolus Sextus, Dei gratia electus Romanorum imperator etc. fideli nostro egregio magistro Joanni Szent Iványi de eadem et in Bettlehemfalva, iudicatus curiae nostrae regiae prothonotario et consiliario meo, salutem et gratiam. Expositum est maiestati nostrae nomine et in persona fidelis nostri egregii magistri Joannis Majtinÿ de Kesselőkő, camerae nostrae Hungaricae consiliarii, qua causarum nostrarum regalium directoris et sacrae dicti regni nostri Hungariae coronae fiscalis: Qualiter posteaquam divina favente

clementia, victricibus felicis reminiscentiae Romanorum olim imperatoris et regis Hungariae Leopoldi Primi, genitoris nostri desideratissimi armis, maior pars regni Hungariae e potestate et iugo Turcico erepta fuisset et ad sacram regni nostri Hungariae coronam reducta, inter reliqua oppidum quoque Pászto, comitatui Hevesiensi adiacens aeque reapplicatum rediisset. Quia vero in rationem sumptuum qui praeterito bello etiam mutuato gravi aere per augustam aulam insumpti fuissent, certa proportionalis quotta a locis districtibusque illis neoacquisitis exigi debuerit, ita ut prius nemini fixam portionem bonorum suorum consequi licuisset, antequam ius armorum in commissione eatenus ordinata, sed iam
1715. ad beneficium articuli decimi anni Millesimi septingentesimi decimi quinti recenter praeteritae diaetae translata non compensasset, quemadmodum et praefati oppidi Pasztó incolae et inhabitatores recursu ad cameram nostram aulicam facto ex consideratione eotum privilegiorum eorundem, quae ipsi oppidani se habere allegabant, pro eiusmodi iure armorum quattuor mille florenos Rhenenses, et quidem erga usuras graves levatos persolvissent, ac praeterea occassione eiusmodi tractatus graves expensas et fatigia insumpsissent per quas et quae diversis debitis semet involvere et innodare debuisse quaerularentur; et quia evenisset demum, quod dum domini ipsorum terrestres ad fiscum nostrum regium recurrissent, literasque et literalia instrumenta sua contra praefatorum oppidanorum privilegia reproduxissent, emicuit ea ipsorum antea reproducta privilegia obsoleta et sine usu quopiam exstitisse, eosdemque potius mero rusticitatis iugo subditos semper habitos fuisse, propterea etiam dominis terrestribus, ea tamen conditione, ut iisdem pro iure armorum deposita quattuor millium florenorum summa, praeterea expensae in sollicitationes erogatae refundantur, resignatos extitisse. Nihilominus tamen factum esset, quod postea-quam domini ipsorum terrestres, utpote venerabilis ordo Cisterciensium et ibidem existentium bonorum administrator religiosus Petrus Gotthric (így), Baro Alexander Vécsey, egrigii item Andreas Török, alter Andreas Vajda, Adamus Rotth, generosa item ac magnifica domina Christina Bossany, egregii olim Georgii Szemere relicta vidua, et altera Maria Rhetej, Michäelis olim Dul aeque vidua et nonnulli alii coram uberius declarandi idem oppidum

apprehendissent in potestatemque et dominium ac iurisdictionem suam redegissent, ipsis nec praefatam quattuor millium florenorum summam, a qua ipsi suis creditoribus graves usuras persolvere tenerentur, sed nec alias expensas usque in praesentiarum persolvissent; per quod ipsis graviter accideret, quod et praescitis dominis eorum terrestribus mero rusticitatis iugo servire, creditoribusque suis gravia inter usuria solvere vel etiam rusticanos labores aeque subire cogerentur. Hinc cum ipsi ex dictamine legum cum dominis suis terrestribus lites ingredi nequirent, ad patrocinium fisci nostri regii pro incassando a dominis suis terrestribus huiusmodi debito ac interusurio eiusdem hactenus exoluto, aliisque expensis et fatigiis recurrissent; qui etiam iustam eorum acquisitionem et querelam agnoscendo, et cui alioquin miseris et oppressis succurrere competeret, vellet medio tui, qua competentis causae huius iudicis tam praefatam quattuor millium florenorum summam una cum suo interusurio causatisque et causandis expensis et fatigiis per te conscientiose limitandis annotatorum praefati oppidi Paszto dominorum terrestrium omnimodam satisfactionem impendi et administrari facere, lege regni permittente; ac proinde supplicatum extitit maiestati nostrae nomine et in persona antelati exponentis debita cum instantia humillime, quatenus eidem et medio eiusdem praefati oppidi Paszto incolis benigne prospicere, tibique superinde committere et mandare dignaremur, nec pateremur eundem et per eum memoratos incolas eatenus improvise destitui. Cum autem iusta petenti non sit denegandus assensus et alioquin etiam cum subditis et merae rusticitatis iugo pressis personis cum nobilibus lites ingredi non liceret, dictante id titulo trigesimo primo partis tertiae, sed pro iis domini ipsorum terrestres litigare consvevissent, interessatis dominis terrestribus ipsis de patrono prospicere iure et iustitia exigente competeret, nam et dictante titulo centesimo vigesimoquinto partis primae tutelas conferre defensores et patronos illis, qui vel ob imbecillitatem imperfectae aetatis, vel alia etiam legalia impedimenta haberent, et sese defendere nequirent, benigne decernere ad nostram regiam spectaret maiestatem; ac praeterea iustitia unicuique, quod suum est, reddi et neminem cum iniuria alterius locupletiorem fieri posse innueret, et quemadmodum tunc et tempore neoaquisticae illius commissionis ad ipsos dominos

terrestres annotati oppidi Paszto ius armorum exsolvere, eatenusque expensas et fatigia facere incubuisset et eousque bona eadem a manibus fisci regii eximi non potuissent; cum ipsi ex fundamento ad tunc praetensivorum suorum privilegiorum fisco nostro regio satisfecissent et in quattuor millibus florenorum Rhenensium convenissent, et praeterea diversas expensas coram liquidandas fecissent, cadente ipsorum liberationis iure nunc ad restituendum ipsis iisdem dominis ipsorum terrestribus competeret; cum et alioquin et fiscus noster regius praefatum oppidum non secus, quam ut praefatam summam interusuri atque concomitantes expensas et fatigia persolvant, resignasset; ac porro in liquidis acquisitionibus ultra mille florenorum summam se extendentem magistrorum prothonotariorum
1715. iudicatum articulus vigesimus octavus recentis diaetae anni Millesimi septingentesimi decimi quinti stabiliret ac in acquisitione talium expensas currere debere articulus trigesimus primus anni
1659. Millesimi sexcentesimi quinquagesimi noni praescriberet: pro eo tibi harum serie firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus rebusque sic, uti praefertur, stantibus et se habentibus, in uno certo brevi et competenti pro specificatis partibus, ubi nimirum tibi magis commodum visum fuerit, praefigendo termino eorsum exire, convocatisque vicinis et commetaneis, quos ad manus habere poteris, ibidem considere; tandemque auditis partium allegationibus probis et responsis, ac comperto dumtaxat eo, quod mentionati oppidi Pasztó incolae pro iure armorum fisco nostro regio quattuor mille florenos Rhenenses exsolverint, debita contraxerint, interusuria solverint, calculatis etiam per te expensis et fatigiis, quae respective per eos insummi debuerunt, antequam conventionem illam Viennae exoperari potuerint, ac in hunc quoque litem causatas et causandas eo facto de praefatorum et alio.um coram te declarandorum dominorum ipsorum terrestrium bonis, ad mentem praecitati articuli trigesimi primi anni Millesimi
1659. sexcentesimi quinquagesimi noni, omnimodam satisfactionem praefato exponenti, ac per eum dictis incolis oppidi Pászto impendere et administrare et post haec literas quoque tuas sententionales, adiudicatorias, prout fuerit expediendum, testimoniales sub sigillo iudicatus curiae nostrae regiae apud te habito extradare debeas et tenearis, communi suadente iustitia, secus non facturus. Datum in libera regiaque

civitate nostra Posoniensi, die vigesima prima mensis aprilis anno Domini Millesimo septingentesimo decimo septimo. (L. S.) Lecta 1717. ápr. 21.
et extradata per me Joannem Horváth Simoncsics sacratissimae caesareae et regiae maiestatis personalis praesentiae regiae in iudiciis locumtenens et consiliarius. m. p. Anno Domini Millesimo septingesimo decimo septimo, die tertio mensis maii, in possessione 1717. máj. 3.
Bothfalva, comitatui de Ungh adiacenti habita. praesens benignum sacratissimae caesareo-regiaeque maiestatis Domini domini clementissimi mandatum praeceptorio-executionale intronotato prothonotario exhibitum et praesentatum est, per eundemque debito homagialis obligaminis perpetuaeque fidelitatis et reverentiae cultu acceptatum, cuius benignis tenoribus et continentiis pro exigentia officii sui humillimum morem gerere iisdemque semet per omnia accommodare non est intermissurus idem prothonotarius.

Papirosra irt hiteles másolatban: Zirczi apáts. levélt. Act. abb. Pászt. fasc. 3. nr. 46.

XLVIII.

Pásztó. 1718. július 26.

Sörfőző Imre és felesége, Szita Borbála szerződése a pásztói apátsággal a sorfőző edényekre nézve.

Én alább is meg irt Pastón nemes Heves vármegyében lakos Sörfőző Imre mind házas társommal Szita Borbálával ez levelem által recognoscálom, hogy énnekem pater Goncsik Péter, Paty (igy) administrator azokon a sörfőző edényeken kivül, melyek specificálva vannak Foglár uram ő nagysága contractusában, nevezet szerént nagy két hordó alá való válú és két öreg kádon kivül, adattak ki ezek úgymint: egy sörfőző rézfazék, négy kisebb kádok és egy kicsin csatornya, a melyen által szoktak tölteni a fazékból a sört az kádba, az melyeket is ilyen cautelával adta ki fölül megnevezett pasti apátúrságnok administrátora, hogy ha megtapasztaltatik, hogy én vagy az én házas társom, avagy annak előbbeni ura azokra az edényekre fölvettünk volna, vagy penig más adósságot contraháltunk volna, akármelyik pater Cisterciensistúl avagy penig azoknak plenipotentiarásaitul minden pör patvatar

nélkül azokat az edényeket elfoglalhassa, avagy penig az adósságot rajtunk megvehesse úgy, hogy ha meg nem akarnánk fizetni, adunk ez levelünk erejével hatalmat, akárminemű annyi érő jószágunkhoz nyúlhasson, a mennyire az adósság fogja magát extendálni, non obstantibus quibuscunque iuridicis remediis. Az melynek nagyobb certificatiójára pöcsétünk nem lévén, kezünk vonyásával
1718. júl. 26. erősítettük Pásztón die vigesima sexta iulii, anno Millesimo septingentesimo decimo octavo, Emericus Szörfőző (így), Barbara Szita, coram me Michaele Demko pro tempore iurato notario oppidi Pásztó m. p., coram me Paulo Ferenczffy *magistro scholae* Pásztoviensis m. p.

Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 55.

XLIX.

Eger. 1718. október 22.

Foglár György egri püspöki vicarius kijelenti, hogy a Monostormalom, a ház és a szántóföldek az elömutatott okiratok szerint a mostani tulajdonost, vagyis a pásztói plébánost illetik meg.

Quod admodum reverendus pater Petrus Goncsik, abbatiae Pásztoviensis administrator, in causa suae praetensionis contra plebanum loci, petens sibi prius ab ordinario dioecesis dari terminum competentem, pro revisione et discussione suae causae, in termino legitimo sibi praefixo, in praesentia dominorum assessorum ita et partis adversae tum verbo-tenus tum per scriptum certum libellum se declaraverit, non velle processu ordinario iuris, verum summarie revisam habere suam causam, prout et nulla admissa per advocatos utriusque partis disputatione, exceptione, aut quibusvis subterfugiis, iuxta producta ab utrinque documenta, adinventum esse ex combinatione documentorum, modernum possessorem relinquendum in sua possessione, sine praeclusione amicabilis, si in aequivalenti pars A. partem R. C. contentaverit, prout et pater Petrus obtulit se tractaturum; vigore praesentium recognosco. Agriae die vigesima secunda octobris, anno Millesimo
1718. okt. 22. septingentesimo decimo octavo Georgius Foglár m. p. generalis vicarius Agriensis. (L. S.)

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. abb. Paszt. fasc. 15. nr. 96.

L.

Aszód. 1719. deczember 16.

Koháry István országbiró jelenti, hogy Gončzik Péter pásztói jószágkormányzó tiltakozott a végrehajtás ellen, melyet az apátság jobbágyain «fegyverjog» czímén eszközölni akartak, sőt részökre még kártérítést követelt.

Nos comes Stephanus Koháry de Csábrágh et Szitnya perpetuus etc. Damus pro memoria, quod egregius magister Joannes Szent Iványi de eadem, altefatae suae maiestatis sacratissimae consiliarus et officii nostri iudicatus curiae regiae prothonotarius, nostram personaliter veniens in praesentiam, ex debito officii sui nobis fideliter retulit hunc in modum: Qualiter dum ipse in causa illa, quam egregius Joannes Pesty alias Zvikovics, ut actor, contra et adversus circumspectos N. N. iudicem primarium, iuratos totamque communitatem oppidi Paszto ut in causam attractos, ratione et praetextu certi cuiuspiam debiti, ex alio quodam inter partes easdem inito contractu emersi movisset ac suscitasset, cum nonnullis vicinis et commetaneis ad latus suum habitis, in termino diei decimae quintae mensis septembris anni currentis infrascripti, 1719. dcez. 15.
in et ad possessionem Aszód, in comitatibus Pest Pilis et Zoldt (így) articulariter unitis adiacentem, rite et legitime praefixo pro tribunali consedisset ibidemque fuisset constitutus: eotum honorabilis pater Petrus Koncsik (így), abbatiae Beatae Mariae Virginis de Paszto bonorum administrator, una et in persona reverendi Floriani Nesorin sacri ordinis Cisterciensium abbatis Vellehradensis, nec non etiam qua almae abbatiae Beatae Mariae Virginis Visitantis de Pasto abbatis, etiam tamquam delegatus homo, per formam solennis protestationis, contradictionis, reclamationis, inhibitionis detexit sequentia: Qualiter nimirum praelibatus uris praeses et prothonotarius pro parte et ad instantiam praetacti Joannis Pesthy, occasione et intuitu certi debiti contractualis, iudicem Pasztoviensem ac per consequens totam communitatem nomine collectivo sumptam pro praescripta die decima quinta mensis septembris currentis anni Millesimi septingentesimi decimi noni in possessio- 1719. szept. 15.
nem Aszód, comitatui Pestiensi adiacentem citasset et certificasset;

quo termino adveniente, etiam fors executionem ex bonis incolarum Pastoviensium nomine collectivo sumptorum peragi niteretur. Quia vero dicti incolae Pastovienses nomine collectivo sumpti idem debitum praetati Joannis Pesty contractum pro iure armorum contraxere, ex eo certi incolae ibidem in Pasto ex parte praelibati ordinis Cisterciensis residentes, qua subditi ex gratia sacratissimae suae maiestatis, velut ecclesiasticorum bonis exempti fuissent essentque etiam de praesenti: ob hoc idem protestans nomine sui abbatis eiusdem abbatiae Pastoviensis administrator, qua homo delegatus solenniter protestatus est et contradixit, inhibendo cum humili venia praelibatum causae praesidem et prothonotarium, ne in dictorum incolarum Pastoviensium, subditorum, ex parte sacri ordinis cisterciensis existentium reperibilibus quoquo modo executionem facere et peragi curare nitatur; quinimo desuper eo etiam palam publice et manifeste coram praetitulato prothonotario et causae praeside solenniter protestatus fuit, quod incolae Pastovienses sacri ordinis Cisterciensis subditi iam magnam summam pro similibus debitis contractis seorsive et singilative exposuissent solvissentque in praeiudicium dicti ordinis, veluti domini terrestris; quam summam quidem taliter persolutam et expositam cuperent vellentque rehabendam et refundendam ab aliorum dominorum terrestrium subditis et incolis Pastoviensibus. Petendo desuper literas testimoniales authenticas suo modo extradari. Quas nos, ad fidelem praelibati magistri prothonotarii nobis factam relationem, sub sigillo nostro iudiciali et authentico apud subscriptum magistrum prothonotharium nostrum habito suo more extradandas duximus et concedendas, communi suadente iustitia. Datum in praeattacta possessione Aszód, die decima sexta mensis septembris, anno
1719. szept. 16. Domini Millesimo septingentesimo decimo nono. (L. S.) Lecta et extradata per me magistrum Joannem Szent-Ivanyi de eadem excellentissimi domini comitis, domini iudicis curiae regiae prothonotarium.

Pecséttel.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 62.

LI.

Bécs. 1719. október 19.

III. Károly király hadi segítség megajánlása czéljából a magyar főpapságot Pozsonyba vagy Nagy-Szombatba gyűlésre egybehivatja Csáky Imre gróf kalocsai érsek által.

Carolus Dei gratia etc. Reverendissime in Christo pater fidelis nobis sincere dilecte. Reverendissimae paternitati vestrae aliunde iam constare non ambigimus, qualiternam occasione proxime praeteriti belli Turcici conspicuum sane ac numerosum exercitum pro defensione et tutamine praelibati regni nostri Hungariae aliorumque regnorum et provinciarum nostrarum hostili conatui maiori, quam alias numero instructo opponere debuerimus; taliterque in rationem et prosecutionem gesti praettacti belli notorie plus quam ullis unquam temporibus insumptum, ac exinde caesareo-regium aerarium adeo sit exhaustum, ut pro sublevandis publicis necessitatibus, quarum non postrema esset fortalitiorum in praefato regno nostro Hungariae habitorum reparatio, ad alia media recurrere necessitemur. Et siquidem victricibus antelati exercitus nostri progressibus restituta iam alma pace et tranquillitate publica, binisque summae importantiae fortalitiis, Temesvarino videlicet et Belgrado, cum adiacentibus iisdem districtibus recuperatis et in potestatem nostram redactis existentibus, singulariter memoratum regnum nostrum Hungariae a metu hostili et immanis hostis invasione magis securum et eliberatum, in eodemque existens venerabilis clerus, cui deinceps eo tranquillius beneficiis ecclesiasticis, adeoque etiam decimarum proventu frui licebit, commodum et emolumentum exinde sperare quiret. Hinc etiam benigne nobis persuasum habentes, eundem venerabilem clerum amore patriae, ac publicae quietis et tranquillitatis zelo, habita quoque ad laudabilia praedecessorum suorum exempla, legesque eundem tam ad exercituandum, a quo tamen onere aggravio per exercitum nostrum sublevaretur, tum vero fortalitiorum et confiniorum reparationem et conservationem intuitu amplarum decimarum obligantes, reflexione ad promovendam praedictorum fortalitiorum reparationem et conservationem annuo quodam et notabili pecuniario subsidio per aliquot annorum decursum exhausto, uti praemittitur,

aerario nostro prompto animo subvenire haud difficultaturum; de exoperando huiusmodi pecuniario subsidio benignam mentem et intentionem nostram adhuc sub dato diei quartae mensis aprilis anni
1719. ápr. 4. currentis cognato et amico nobis sincere dilecto reverendissimo pariter in Christo patri et serenissimo duci Christiano Augusto sanctae romanae ecclesiae cardinali de Saxonia, archi-episcopo Strigoniensi et praefati regni nostri Hungariae primati etc. clementer intimavimus. Quia vero modofatus cardinalis et primas in sacro romano imperio aliis publicis aeque servitium nostrum respicientibus negotiis occupatus, pro nunc a saepefato regno nostrae Hungariae abesset, per consequens praedeclaratam salutarem et benignam intentionem nostram secundare ac suo modo in effectum deducere nequiret. Eapropter reverendissimam paternitatem vestram, velut aliunde etiam per praelibatum cardinalem primatem eatenus requisitam hisce clementer quoque requirendam simul ad hortandam esse duximus, quatenus memoratum clerum Hungariae pro certo aliquo in liberam et regiam civitatem nostram Posoniensem, aut aliam aeque liberam et regiam civitatem nostram Tyrnaviensem praefigendo termino, pro quo camerae quoque nostrae Hungaricae consiliarium sufficienter instructum exmissuri sumus, convocare, eoque adveniente, pro solito suo, quo erga promovendum servitium nostrum bonique publici incrementum fertur affectu et zelo, benignam in praemissis mentem et intentionem nostram eidem Hungariae clero, de cuius erga huiusmodi benigna caesareo-regia inque regni legibus fundata postulata aliunde semper contestari solita promptitudine nos etiam nullatenus dubitaremus, efficaciter proponere, simul etiam habitae publicae necessitatis maiorisque posthac securitatis condigna ratione ad prosequendam memoratorum fortalitiorum reparationem et conservationem cupitum notabile pecuniarium subsidium per aliquot annorum decursum quotannis pendendum exoperari ac super totius peragendi huiusmodi negotii serie fidelem relationem maiestati nostrae demisse exhibere velit reverenda paternitas vestra. Quam in reliquo gratia et clementia nostra caesareo-regia benigne iugiterque complectimur. Datum in archi-ducali civitate nostra Vienna, Austriae, die nona
1719. okt. 9. mensis octobris, anno Domini Millesimo septingentesimo decimonono. Carolus m. p. Comes Nicolaus Illésházi. Josephus Koller.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 30. nr. 8.

LII.

Bécs. 1720. január 4.

III. Károly király meghagyja Csáky Imre gróf kalocsai érseknek, hogy midőn a magyar főpapság a hadi adózás megajánlása czéljából összegyűl, a magy. kir. kamara megbizottaival egyidejűleg a főpapi végrendelkező jogról is tárgyaljon és határozzon.

Carolus Sextus, Dei gratia, electus Romanorum imperator semper augustus ac Germaniae, Hispaniarum, Hungariae, Bohemiaeque etc. rex. Reverendissime in Christo pater fidelis nobis sincere dilecte. Posteaquam tenore articuli decimi sexti novissimae diaetae, in anno Millesimo septingentesimo decimo quinto termi- 1715.
natae, circa venerabilis cleri praedicti regni nostri Hungariae testandi facultatem sancitum fuisset, ut super Ferdinandei diplomatis per eundem clerum eatenus obtenti et a gloriosae memoriae imperatore et rege Leopoldo, genitore nostro desideratissimo confirmati intellectu, alias per subsecutam cum reverendissimo olim in Christo patre Leopolde sanctae Romanae ecclesiae cardinale a Kollonics, qua archi-episcopo Strigoniensi et primate antelati regni nostri Hungariae, nomine totius eiusdem cleri conventionem sufficienter explanato, sed per modofatum clerum ex post in dubium vocato coepta continuetur et determinetur commissio; interea vero, vel eidem cardinalitiae conventioni ad instantiam memorati cleri per nos confirmandae standum, vel pro consensu, vel pro consensu (így) regio super libera disponendi facultate sit recurrendum: sperassemus quidem praefatum clerum in conformitate praerecensitae articularis constitutionis vel pro praenotatae commissionis continuatione, aut praeattactae cardinalitiae conventionis confirmatione obtinenda demissam apud nos instantiam facturum; interim tamen non ut idem clerus pro alterutrius praeallegatae articularis constitutionis membri effectuatione in praesens usque laborasset, quin potius negotium hocce quantumvis ex parte eiusdem aeque ac fisci nostri regii non exiguae considerationis et importantiae in oblivionem sumpsisse videretur. Ex quo autem reverendissima paternitas vestra, absente pro nunc et legitime impedito cognato et amico nostro nobis sincere dilecto, reverendissimo in Christo patre et serenissimo Christiano Augusto,

sanctae Romanae ecclesiae cardinale de Saxonia, archi-episcopo Strigoniensi et dicti regni nostri Hungariae primate, virtute alterius benigni mandati nostri, de dato diei nonae mensis octobris anni
1719. okt. 9. proxime praeteriti Millesimi septingentesimi decimi noni clementer expediti, saepefatum clerum super annuo quodam et notabili pecuniario subsidio pro fortalitium reparatione ac conservatione ad aerarium nostrum praeterito bello Turcico, nimium quantum exhaustum praestando tractatarum pro certo aliquo termino aliunde convocandum habuisset; ac occasione talismodi concursus praeattactum etiam testandi facultatis eidem clero admittendae negotium, cum interventu duorum regiae camerae nostrae Hungaricae consiliariorum, specialiter eum in finem deputandorum et exmittendorum assummi et revideri, cum iisdemque, tamquam fiscum nostrum regium repraesentaturis, super conditionibus in testamentariis dispositionibus dicti cleri inter eundem et praefatum fiscum nostrum regium deinceps observandis, ad benignam tamen ratificationem nostram tractari et accordari commode quiret. Idcirco reverendissimae paternitati vestrae clementer hisce committimus, quatenus in conformitate praeallegati alterius benigni mandati nostri instituta iam hactenus, uti clementer supponimus, aut citra ulteriorem dilationem instituenda toties dicti venerabilis cleri convocatione, occasione talismodi concursus iuxta tenorem praeattacti articuli diaetalis saepe repetitum testamentariae dispositionis negotium, praevie tamen habita praecise quoad modofatam testamentariam dispositionem cum praelibato cardinale primate mutua cointelligentia, assumere, de conditionibus inter eundem clerum et fiscum nostrum regium deinceps observandis cum antelatis regiae camerae nostrae Hungaricae consiliariis tractare et accordare, ac tandem eiusmodi conventionis puncta maiestati nostrae demisse transmittere velit; ne secus ex parte fisci nostri regii, tamquam universarum in semine deficientium legitimi haeredis et successoris, modum hactenus practicari solitum in posterum continuari etiam oporteat; in reliquo reverendissimam paternitatem vestram gratia nostra caesareo-regia benigne iugiterque complectimur. Datum in archi-ducali civitate nostra Vienna, Austriae, die quarta
1720. jan. 4. ianuarii, Millesimo septingentesimo vigesimo. Carolus m. p. Comes Nicolaus Illésházy m. p. Josephus Koller m. p.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 36. nr. 9

LIII.

Gyöngyös. 1723. április 10.

Gonczik Péter pásztói jószágkormányzó a megyegyűlésen Gyöngyösön tiltakozik az ellen, hogy az apátsági birtok kerítését a pásztóiak elpusztították, s kéri ellenök a hivatalos vizsgálatot.

Nos universitas praelatorum, baronum, magnatum et nobilium comitatuum Heves et Exterioris Szolnok unitorum damus pro memoria, quod cum nos die decima mensis aprilis anni currentis infrascripti in oppido Gyöngyös, loco videlicet ac termino celebrationis generalis congregationis nostrae alias consveto, pro pertractandis certis iisque arduis hos comitatus nostros unitos tangentibus et concernentibus rebus et negotiis, frequenti numero confluxissemus ac una fuissemus constituti: eotum nomine et in persona admodum reverendi in Christo patris Petri Gonczik, abbatiae sacri ordinis Cisterciensium Pasztoviensis administratoris, per formam solennis protestationis, contradictionis, reclamationis, inhibitionis, prohibitionisque detegiebatur (így): Qualiter videlicet nonnulli incolae oppidi Pászthó, die quarta mensis praesentis aprilis anni currentis infrascripti, in absentia domini protestantis mutua, ut credi par est, ex deliberatione convenientes, quaspiam a primordio semper usuatas saepes in proprio dicti domini protestantis fundo extructas detraxissent, damno et praeiudicio protestantis gravi admodum et manifesto. Eapropter ne actui praevio idem dominus protestans quoquo modo consentire videatur, eidem contradixit et cum protestatione reclamavit, reservando eatenus omnimodum agendi iuribusque suis prospiciendi facultatem, cupereteque dominum processualem iudici nobilium pro oculata eiusdem actus perpetrati revisione, eatenusque peragenda inquisitione exmitti, ac in ab ulteriori cuiusvis generis attentando simili actu potentiario praefatos omnes et singulos incolas Paszthovienses toties quoties sub poena violentiae ac amissione rerum quarumcunque inibi reperibilium, arestatione denique cuiusvis personae inhibuit et prohibuit palam publice et manifeste, petendo desuper literas testimoniales authentice extradari. Super qua quidem praevio modo instituta protestatione, contradictione, inhibitione et recla-

1723. ápr. 10.

1723. ápr. 4.

matione hasce literas nostras testimoniales usitati et authentici sigilli nostri munimine roboratas, iurium praefati domini exponentis futura pro cautela necessarias extradandas esse duximus et concedendas, communi svadente iustitia. Datum ex generali con-
1723. ápr. 10. gregatione nostra die et loco supranotatis celebrata, anno Millesimo septingentesimo vigesimo tertio. Extradatum per me, iuratum praelibatorum comitatuum vicenotarium Andream Dévay m. p.

Pecséttel.
Papirosra írt eredetije: Ziczi apáts. levt. Act. abb. Past. fasc. 3 nr. 75.

LIV.

Gyöngyös, 1723. április 10.

Gonczik Péter pásztói jószágkormányzó Heves- és Külső-Szolnok vármegye gyűlésén tiltakozik azon pásztói lakók ellen, a kik az ő személyét nyilvánosan megrágalmazták, s kijelenti, hogy ellenök a törvény útján keresi meg az igazságát.

Nos universitas praelatorum, baronum, magnatum et nobilium comitatuum Heves et Exterioris-Szolnok unitorum damus pro
1723. ápr. 10. memoria, quod cum nos die decima mensis aprilis anni currentis infrascripti in oppido Gyöngyös, loco videlicet ac termino celebrationis generalis congregationis nostrae alias consueto, pro pertractandis certis iisque arduis hos comitatus nostros unitos tangentibus et concernentibus rebus et negotiis frequenti numero confluxissemus et una fuissemus constituti: eotum nomine et in persona admodum reverendi in Christo patris Petri Gonczik, abbatiae sacri ordinis Cisterciensium Pászthoviensis administratoris, per formam solennis protestationis, contradictionis, et reclamationis detegiebatur (így): Qualiter videlicet idem dominus protestans propriis auribus audiret, quid communiter incolae oppidi Pasztho, nescitur quo ex capite, ipsum protestantem in illibato honore et aestimatione suique religiosi nominis fama, data opera, mediante quodam memoriali irraso admodum et minus apte disposito calamo, paucis abhinc diebus illustrissimo et reverendissimo domino comiti domino Gabrieli Antonio Erdődy de Monyorókerék episcopo Agriensi,

horum comitatuum nostrorum supremo comiti scripto et praesentato, per eundemque dominum supremum comitem nobis transmisso, plurium enormium scommatum generibus proscinderent et tam coram praetitulato domino supremo comite, quam hic per consequens coram nobis dehonestarent, perque haec omnia praemissa sive expressa, sive vero per antelatos oppidanos de praefato domino protestante intellecta, idem protestans a memoratis diffamantibus et proscindentibus iniuriatus esset et in honore laesus existeret, praeiudicio et derogamine reputationis religiosique, ut praemissum est, nominis praefati exponentis gravi admodum et manifesto. Hinc, ne actui praemisso dehonestationis et sinistrae delationis prostitutionisque tam apud supratitulatum dominum supremum comitem factae, quam vero iam hic quoque extensae quoquomodo consentire videatur, super eo solenniter protestatus est, reservando sibi ad mentem positivarum super similibus dehonestationibus vituperiis et sinistris delationibus sancitarum regni legum, signanter vero tituli septuagesimi secundi partis secundae operis decretalis Tripartiti articulorumque centesimi octavi Millesimi sexcen- 1651.
tesimi quinquagesimi quinti, nonagesimi quarti Millesimi sexcentesimi 1649.
quadragesimi noni, vigesimi tertii Millesimi sexcentesimi decimi 1613.
tertii annorum aliorumque passim, usus denique et praxis in similibus observari solitis, in casu non sufficientis comprobationis, quoad omnia expositionis suae puncta iure vindicandi, eatenusque omnimodam agendi facultatem, petendo desuper literas testimoniales suo modo authentice extradari. Super qua quidem praevio modo instituta protestatione, contradictione, inhibitione et reclamatione hasce literas nostras testimoniales usitati et authentici sigilli nostri munimine roboratas, iurium praefati domini exponentis futura pro cautela necessarias, extradandas esse duximus et concedendas, communi suadente iustitia. Datum ex generali congregatione nostra die et loco supranotatis celebrata, anno Mille- 1723. apr. 10.
simo septingentesimo vigesimo tertio. (L. S.) Extradatum per me iuratum praelibatorum comitatuum vicenotarium, Andream Dévay m. p.

Pecséttel.

Papirosra irt eredetije: Zirczi apátsági levélt. Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 76.

LV.

Eger. 1723. aug. 9.

Gonczik Péter pásztói jószágkormányzó tiltakozik az ellen, hogy egynémely pásztói lakó az apátság tavaszi vetését kiszántotta s kijelenti, hogy a dolgot törvényre adja.

Nos universitas praelatorum, baronum, magnatum et nobilium comitatuum Heves et Exterioris Szolnok unitorum damus pro
1723. aug. 9. memoria, quod cum nos die nona augusti anni labentis infrascripti in episcopali civitate Agriensi, loco videlicet ac termino celebrationis generalis congregationis nostrae alias consueto ac usitato, pro pertractandis certis iisque arduis hos comitatus nostros unitos tangentibus et concernentibus rebus et negotiis, frequenti numero confluxissemus ac una fuissemus constituti: eotunc nomine et in persona reverendi in Christo patris Petri Gonczik, sacri ordinis Cisterciensium abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pászto administratoris, per formam solennis protestationis, contradictionis, reclamationis, inhibitionis prohibitionisque detegebatur: Qualiter videlicet idem protestans certos agros, seu terras arabiles in proprio territorio dictae abbatiae Pasztoviensis, in comitatu hocce Hevesiensi situatas, iam a certis annis coram declarandis pro se usuatas, anno praesenti vernali seminatura ex viginti cubulis constante inseminasset segetesque exinde iam virentes habuisset; nescitur autem, incolae Pasztóvienses unde moti, in absentia domini protestantis eandem seminaturam saepibus quidem circumcinctam, prius easdem saepes detrahentes, tandem ex toto quoque exarassent et loco eiusdem cannabes sibi inseminassent; taliter praetactos agros ac praeterea alios etiam per septem annos usuatos prataque nonnulla pro se occupassent, potentia mediante damnoque et praeiudicio domini protestantis, laesione item et derogamine iuris eiusdem dominalis valde gravibus et manifestis. Eapropter, ne actui praevio idem dominus protestans quoquomodo consentire videatur, eidem contradixit et cum protestatione reclamavit, reservando eatenus omnimodam agendi facultatem; dein ab ulteriorique eorundem agrorum seu terrarum arabilium cuiusvis generis usuatione praefatos incolas Pasztovienses, ita omnes et singulos sub poena

ulterioris attentandae violentiae toties quoties, ac amissione rerum quarumcunque inibi reperibilium, arestatione denique cuiusvis personae, inhibuit et prohibuit palam publice et manifeste; petendo desuper literas testimoniales suo modo extradari. Super qua quidem praevio modo instituta protestatione, contradictione, inhibitione et reclamatione hasce literas nostras testimoniales usitati et authentici sigilli nostri munimine roboratas, iurium praefati domini exponentis futura pro cautela necessarias, extradandas et concedendas esse duximus communi suadente iustitia. Datum ex generali congregatione nostra, die et loco supranotatis celebrata, anno Domini Millesimo septingentesimo vigesimo tertio. Correctum et extradatum per me iuratum praefatorum comitatuum vicenotarium, Andream Dévay m. p. 1723. aug. 9.

Pecséttel.
Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 79.

LVI.

Szécsény. 1723. október 15.

Koháry István országbiró Rakovszky Mihály kir. táblai jegyzőt bízza meg, hogy a Gonczik Péter által előterjesztett ügyben vizsgálatot tartson.

Comes Stephanus Koháry de Csábrágh et Szittnya perpetuus in Murány, iudex curiae regiae, sacratissimi principis ac domini domini Caroli Sexti, Dei gratia etc. actualis intimus consiliarius, colonellus, comitatus Honthensis perpetuus supremus comes, generalis campi Mareschalli locumtenens, et partium regni Cis-Danubianarum confiniorumque antemontanorum vice-generalis, damus pro memoria, quod posteaquam nos die decima quinta proxime praeteriti mensis octobris anni modo labentis infrascripti ad praeviam, eamque legitimam, ac iuri et iustitiae conformem religiosi in Christo Petri Goncsik, ordinis Cisteriensis abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pászto administratoris, petitionem et instantiam coram nobis factam, vigore certarum aliarum literarum nostrarum, mandati exceptorii compulsorialium, pro peragenda 1723. okt. 15.

nobisque ex post fideliter referenda, certa quadam ab infra uberius denotata testium inquisitione et attestatione, egregium Michaëlem Rakovszky de eadem et in Kelemenfalva, tabulae regiae iudiciariae ac officii nostri iudicatus curiae aeque regiae cancellariae iuratum notarium legitime duxissemus exmittendum. Is tandem exinde reversus exhibuit nobis et praesentavit dictas literas, mandati nostri preceptorii compulsoriales, die suprascripta, locove datarum praesentium emanatas, eidemque pro debita atque omnimoda praeattactae inquisitionis effectuatione sonantes et directas, hunc tenorem in se continentes: Comes Stephanus Koháry de Csábrágh et Szittnya perpetuus in Murány, iudex curiae regiae etc. salutem cum favore. Expositum est nobis nomine et in persona religiosi in Christo patris Petri Goncsik, ordinis Cisterciensis abbatiae Beatae Mariae Virginis de Paszto administratoris, qualiter idem exponens in facto certorum quorundam negotiorum suorum coram clarius declarandorum, fassionibus et attestationibus nonnullorum reverendorum, honorabilium, spectabilium ac magnificorum, egregiorum item et nobilium, sed et ignobilium, ac alterius cuiuscunque status et honestae conditionis utriusque sexus, tam ecclesiasticae, quam saecularis quoque dignitatis dicti regni Hungariae hominum, quibus videlicet ea manifeste constarent, ad praesens pro iurium suorum tuitione et defensione plurimum indigeret, essentque eidem necessariae. Ac proinde idem exponens medio tui certam quandam pro parte sui attestationem, seu testium inquisitionem fieri ac celebrari facere vellet, lege regni admittente. Cum autem veritatis confessio et fidedignorum hominum testimonia nemini forent deneganda, pro eo tibi harum serie authoritate nostra iudiciaria, qua pleno iure fungimur, firmiter praecipientes, committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, tu ad praefatos universos et singulos reverendos, honorabiles, spectabiles et magnificos, egregios item et nobiles, sed et ignobiles, ac alterius cuiuscunque status et honestae conditionis utriusque sexus, tam ecclesiasticae, quam saecularis quoque dignitatis praelibati regni Hungariae homines, quos videlicet dictus exponens, vel eiusdem nomine homo, seu procurator ipsius, per eundem ad id specialiter deputandus, duxerit nominandos, simul vel divisim constitutos, personaliter accedendo, ab iisdemque, a spiritualibus quidem ad conscientiae eorum puri-

tatem, a saecularibus vero ad fidem eorundem Domino Deo debitam fidelitatemque praefato domino imperatori et regi nostro, sacroque eius regio diademati observandam, sub onere solutionis sedecim marcarum gravis ponderis in generali regni decreto superinde expresso, contentarum, super iis, si qui forsitan cum praesentibus requisiti testimonium veritati perhibere recusaverit, per eos, quorum interest, vigore praescripti generalis regni decreti immediate et irremissibiliter exigendarum, qualis ipsis de iis omnibus rebus et negotiis, de quibus videlicet nomine et in persona dicti exponentis fuerint interrogati, constiterit certitudo veritatis, suo modo scias, inquiras et experias meram, plenam atque omnimodam certitudinis veritatem; et post haec, super huiusmodi fassionibus et attestationibus, dictorumque testium inquirendorum hominibus ac rescitae veritatis praemissorum serie. literas tandem tuas attestatorias, testimoniales sub privato sigillo et cheirographo (így) tuo, per te, vel si eidem exponenti ita visum fuerit, ad fidelem relationem tuam, coram nobis fiendam, sub sigillo nostro iudiciali et authentico, memorato exponenti, iurium eiusdem futuram uberioremque ad cautelam necessarias, modis omnibus extradari volumus, communi suadente iustitia, secus non facturus. Datum in oppido Szécsény, die decima quinta mensis octobris, anno 1721. okt. 15.
Domini Millesimo septingentesimo vigesimo tertio. Comes Stephanus Kohári (L. S.) [1]

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 85.

[1] Most következik azután a jelentés a vizsgálatról. (Zirczi ap. levt.: Act. abb. Paszt. fasc. 3. nr. 85.)

LVII.

Gyöngyös. 1723. október 30.

Stöszel Kristóf hevesvármegyei alispán utasítja a szolgabirót és esküdtet, hogy tartsanak vizsgálatot és ítéljenek, vajjon Vajda András jobbágyai kiszántották-e az apátságnak a Kövecses mellett levő tavaszi vetését.

Christophorus Stöszel de Rapin, inclytorum comitatuum Heves et Exterioris Szolnok unitorum ordinarius vice-comes, egregiis uni ex iudicibus nobilium et alteri ex iuratis assessoribus praelibatorum unitorum comitatuum cum praesentibus requirendis salutem et omne bonum. Expositum est mihi nomine et in persona honorabilis in Christo patris Petri Goncsik, qua sacri ordinis Cisterciensium abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pasztho administratoris et plenipotentiarii, huncce in modum: Qualiter videlicet anno
1723. ápr. 11. currente infrascripto, idque circa diem undecimum mensis aprilis providi Georgius Kelemen, Martinus Berkes, Michael Bodi, Andreas alter Berkes, Stephanus Kanatko, Laurentius Kelemen, Stephanus Nagy, perillustris ac generosi domini Andreae Vajda in praefato oppido Pasztho et inclyto comitatu Hevesiensi existente commorantes subditi, nescitur, unde moti quibusve temeritatis ausibus ad id inducti, animo tamen deliberato, exque mera praeconcepta nocendi violentiasque patrandi malitia, mutuo habito consilio et cointelligentia cum aliis mentionati oppidi Pászto incolis pari iuris via requirendis, in et ad quosdam duos hortos canabum vocatos exponentis, primum quidem ad fluvium Kövecses, et alterum ad templum Spiritus Sancti pro pauperibus et egenis personis accomodatum, omnino in territorio dictae abbatiae Paszthoviensis comitatui saepefato Hevesiensi adiacente habito situatos, turmatim irruendo et invadendo cinctum eorundem hortorum, seu, ut vocant, sepimenta ex fundamento deiicere et detrahere, ex iisdem vernalem seminaturam ex viginti circiter cubulis constantem, praevie iam per administratorem exponentem seminari curatam, eandemque iam optime virentem inarare et tandem denuo canabi inseminare, taliterque ei damnum inferre non fuissent veriti; omnino absoluta vi et potentia mediante, in grave praeiudicium iurium dominalium

dictae abbatiae damnumque, quod idem extra seorsivas praedeclaratorum violentorum in simul tam quoad actuum, quam vero locorum diversitatem intelligendas poenas violentiae, causatasque eatenus iudicialiter limitandas expensas, fructificatione quoque praeinsinuatae vernaculis inseminaturae, quam videlicet exponens sperare potuisset considerata, nec pro florenis Rhenensibus sexaginta salva iudiciaria limitatione permanente sponte pati voluisset velletque, et de praesenti valde evidens et manifestum. Cui etiam via iuris consulere idem exponens administrator necessitaretur. Hinc vellet memoratus exponens administrator antelatos nominati domini Andreae Vajda subditos violentos vigore articuli vigesimi tertii, anni Millesimi sexcentesimi decimi tertii, aliorumque, super 1613.
quibus violentiis et actibus potentiariis editorum, eatenusque sancitarum patriae constitutionum, et statuti praelibatorum unitorum comitatuum in ius et causam convenire, sibique ab eodem domino terrestri Andrea quippe Vajda, ratione supradeclaratorum actuum, in uno certo brevi eoque competenti termino, locoque iuxta statutum comitatuum antelatorum et legem patriam praefigendo et designando, praevia iuris statutione eorundem violentorum subditorum suorum, ius et iudicium debitumque iuris et iustitiae complementum, una cum singillativarum poenarum violentiae convictione, expensarumque causatarum refusione debita denique et reali executione mediante suo modo impendi et administrari legibus regni, communique et distributiva, unicuique, quod suum est, reddi et restitui iubente iustitia sic dictantibus. Cum autem iusta petenti non sit denegandus assensus et alioquin etiam communis iustitia neminem cum damno alterius locupletari permitteret, quinimo iuxta articulum praeallegatum statutumque comitatus eatenus conditum quilibet dominus terrestris respectu quorumvis similium actuum potentiariorum et violentiarum ex parte colonorum suorum, ad partis quaerulantis instantiam et requisitionem, coram uno iudici nobilium et altero adminus iurato assessore iudicium et instantiam debitamque iuris et iustitiae eatenus impensionem administrare obligeratur: pro eo vos ex debito officii vestri, ad instantiam memorati exponentis patris administratoris abbatiae, erga antelatum dominum Adream Vajda, veluti praespecificatorum subditorum suorum dominum terrestrem, suo modo

accedendo, alligatisque eidem, vel transmissis praesentium paribus, quatenus idem praementionatos subditos violentos iuxta praescriptam legis et statuti, in uno certo brevi eoque competenti termino locoque per eundem dominum Andream Vajda iam praemissa modalitate designando, iuri statuat praenuncupatoque exponenti administratori de iisdem ratione ex praevia ius et iudicium debitumque iuris et iustitiae complementum, formalitate praedeclarata legis et statuti impendat et administret, eundem admoneatis; cuius iudicii impensorii occasioni vos quoque pro audiendo testes, ad instantiam exponentis administratoris, eotum eorsum citare et examinare, si denique aliqua partium impendendo iudicio contenta esse nollet, ex tunc illud in primitus celebrandam horum inclytorum comitatuum sedem iudiciariam referre, ac in omnibus exigentiae officii vestri vosmet accommodare debeatis et teneamini, communi suadente iustitia, nec secus facturi. Datum Gyöngyös, die
1723. okt. 30. trigesima mensis octobris, anno Millesimo septingentesimo vigesimo tertio. Idem, qui supra, ordinarius vicecomes.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc 3. nr. 86.

LVIII.

Wellehrád. 1724.

A wellehrádi konvent kéri III. Károly királyt, hogy Nezorin Flórián halála után Mály Józsefet nevezze ki Pásztó és Pilis apátjává, a kit a konvent wellehrádi apátnak már megválasztott.

Augustissime, Potentissime et Invictissime Imperator, Germaniae, Hyspaniorum, Hungariae Boemiaeque etc rex, Domine Domine Clementissime. Cum inscrutabili providentiae divinae, ad cuius nutum humanae vitae momenta decurrunt, placuerit fidelem servum suum Florianum Nezorin, sacri ordinis Cisterciensis monasterii Beatae Virginis Mariae de Wellehradio, nec non de Pilisio et Pasztho in Hungaria abbatem, post quinquaginta annos in modofata religione sacra, viginti quinque vero in dignitate abbatiali pie et laudabiliter transactos, mediante morte prorsus exem-
1724. ápr. 1. plari et probae vitae suae conformi, die prima aprilis anni nunc

currentis, aetatis suae septuagesimo anno ex hac mortalitate ad beatam, uti sperandum, immortalitatem evocare; sicque contigerit praelibatas Pilisiensem et Pasztoiensem abbatias in inclyto Hungariae regno situatas ipso facto et iure vacare. Eapropter sacratissimae maiestati vestrae in conformitate benignarum literarum regiarum collationalium et restitorialium, respectu abbatiae Pasztoiensis anno Millesimo septingentesimo secundo die sexta mensis novembris, respectu vero Pilisiensis anno Millesimo septingentesimo duodecimo die quinta mensis octobris emanatarum clausularumque ibidem insertarum, pro dictis abbatiis modo praecensito suo legitimo abbate destitutis, aliam personam idoneam, videlicet reverendum patrem Josephum Maly, die vigesima mensis iunii nuper praeteriti, in abbatem Wellehradiensem canonice electum, virum praeclarae doctrinae et eruditionis, aliisque bonis animi dotibus conspicuum praesentium vigore humillime praesentamus. Demisissime supplicantes, quatenus maiestas vestra sacratissima abbatem hunc nostrum pro monasterio isthoc Wellehradiensi legitime electum, pro praefatis quoque abbatiis Pasztoiensi et Pilisiensi, authoritate iuris patronatus regii, in regno Hungariae partibusque eidem annexis sacratissimae maiestati vestrae indubitanter competentis, clementissime confirmare dignetur. Quam gratiam dum piis ad Deum pro augustissimae domus suae incremento fundendis precibus incessanter mereri conabimur; simul nos sublimibus gratiis caesareo-regiis substernentes, semper manemus sacratissimae caesareae-regiaeque maiestatis vestrae subiectissimi et humillimi pater Augustinus prior totusque conventus Wellehradiensis.

1702. nov. 6.

1713. okt. 5.

1721. jún. 20.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi apátsági levéltár, Act. abb. Paszt. fasc. 4. nr. 5.

LIX.

Bécs. 1724. október 16.

III. Károly király a wellehrádi konvent kérésére Mály József wellehrádi apátot nevezi ki pásztói apátnak, de meghagyja neki, hogy az apátság jövedelmét a pásztói apátság fölépítésére és az istenitisztelet emelésére fordítsa.

Nos Carolus Sextus Dei gratia etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod posteaquam serenissimus olim Romanorum imperator, et rex Hungariae Leopoldus, dominus genitor et praedecessor noster, piae memoriae, desideratissimus, superioribus annis, tum pro peculiari suo caesareo-regio, quo erga sacrum ordinem Cisterciensium, olim in praefato regno nostro Hungariae florentem, veluti de ecclesia Dei benemeritum, et a sanctitatis laude commendatum ducebatur affectu ac zelo, tum vero ad demissas honorabilis condam Floriani Nezorin, eiusdem sacri ordinis conventus Wellehradiensis, in marchionatu nostro Moraviae situati, abbatis totiusque modofati conventus Wellehradiensis preces et supplicationes apud eundem propterea factas, abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszto, in superioribus dicti regni nostri partibus, inque comitatu Hevesiensi, dioecesique Agriensi existentem, veluti a suae fundationis primordio ad eundem Cisterciensium ordinem spectantem, per iniuriam nihilominus temporum, longa annorum serie per diversas ecclesias, personas tentam et administratam, praelibato Cisterciensi ordini dictoque conventui Wellehradiensi, virtute benigni diplomatis sui caesareo-regii sub dato, in archi-ducali hacce civitate Vienna, Austriae, die sexta mensis novembris anni
1702. nov. 6. Millesimi septingentesimi secundi expediti, iure postliminii restituisset, reincorporasset, reapplicasset et simul eandem abbatiam de Paszto antelato condam Floriano Nezorin abbati, uti praemissum est, Wellehradiensi, iure paternitatis ac modis et formis, subque conditionibus in praeallegato benigno diplomate contentis et denotatis clementer contulisset; iamque praememorato Floriano Nezorin, non ita pridem evolutis temporibus fatis functo, modernus novitèr electus abbas et conventus Wellehradiensis, pro exigentia

praedicti iuris paternitatis, pro suprafata abbatia Pasztoviensi aliam et ab abbate Wellehradiensi distinctam personam nominare, eundemque maiestati nostrae, pro obtinendis benignis superinde literis confirmationalibus, collationalibus et installatoriis demisse praesentare debuissent. Quia nihilominus prior et antelatus conventus Wellehradiensis maiestati nostrae hoc et id, quod post adhibitum etiam omnem possibilem conatum, propter intervenientes diversas temporum difficultates aliaque impedimenta publica, in eadem abbatia hactenus neque de proventu ad sustentationem specialis abbatis requisito, neque de habitatione conveniente, minus autem sumptibus pro aedium reparatione, iuriumque vindicatione, aut conventus alimentatione debite provideri potuerit, ac consequenter de facto adhuc nulla proprium abbatem in praemissa abbatia intertenendi possibilitas affulgeat: medio humillimi supplicis libelli perdemisse repraesentassent ac simul devote supplicassant, quatenus nos pro regio-apostolica authoritate nostra, rationibus et motivis ex pradeclaratis, pro hac adhuc vice clementer dispensare dictamque abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszto, moderno neo-electo praefati conventus Wellehradiensis abbati, ac pro dicta quoque abbatia iure paternitatis nobis praesentato, fideli utpote nostro honorabili Josepho Maly benigne conferre dignaremur. Hinc nos, cum ad demissam huiusmodi praefati prioris totiusque memorati conventus Wellehradiensis instantiam maiestati nostrae praevio modo factam, tum vero benignum et singularem habentes respectum ac reflexionem ad praeclaras virtutes laudatosque et acceptos mores, doctrinam item ac eruditionem, nec non omnibus gratam exemplaris vitae conversationem, caeterasque excellentes animi dotes ac qualitates praefati Josephi Maly, abbatis. ut praemissum est, Wellehradiensis, quibuscum ab Altissimo insignitum et ornatum esse, ex fide digna nonnullorum fidelium nostrorum relatione benigne cognovimus: eidem itaque Josepho Maly, tanquam personae idoneae ac de ecclesia Dei benemeritae, nobisque gratae et acceptae praememoratam abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszto, modo praevio legitime vacantem, simul cum cunctis illius bonis ac iuribus temporalibus, castris nimirum, castellis, oppidis, villis, possessionibus et praediis ubivis, sub sacra dicti nostri Hungariae corona habitis et reperibilibus, ad eandemque abbatiam de iure et ab

antiquo spectantibus et pertinere debentibus, eorumque proventibus, obventionibus ac emolumentis, sub conditionibus in praelibato benigno diplomate caesareo-regio expressis, ac insuper hac cum obligatione, ut praefatae abbatiae proventus non in proprios, aut Wellehradiensis conventus usus, verum praecise in restaurationem eiusdem abbatiae Pasztoiensis, cultusque divini in eadem promotionem, adeoque praedeclaratarum conditionum adimpletionem convertantur et insumantur, dandam et conferendam, ipsumque ei, cuius interest, suo more praesentandum esse duximus; imo modo praedeclarato damus, conferimus et praesentamus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti, reverendi spectabilisque ac magnifici comitis Ladislai Adami Erdődy de Mogyoróskerék, episcopi Nitriensis, locique et eiusdem nominis, prouti et Varasdiensis comitatuum montisque Claudii perpetui ac supremi comitis, praepositi Sanctae Margarithae virginis et martyris de Dömös, actualis intimi consiliarii nostri, et per antelatum regnum nostrum Hungariae aulae nostrae vice-cancellarii; in archiducali civitate nostra Vienna, Austriae, die decima sexta mensis octobris, anno Domini Mille-
1724. okt. 16. simo septingentesimo vigesimo quarto, regnorum nostrorum Romani decimo quarto, Hispaniarum vigesimo secundo, Hungariae vero, Boëmiae et reliquorum anno pariformiter decimo quarto. Carolus m. p. (L. S.). Ladislaus Adamus Erdődy episcopus Nitriensis m. p. Josephus Koller m. p.

Indorsatio: Penes praesentes benignissimas suae maiestatis sacratissimae domini, domini clementissimi confirmationales, collationales, medio spectabilis ac magnifici domini Josephi Dominici liberi baronis a Talheimb, regiae camerae Hungaricae primarii consiliarii, reverendissimus dominus Josephus Maly, sacri ordinis Cisterciensium conventus Wellehradiensis abbas, in abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pasztó, in inclyto comitatu Hevesiensi, dioecesique Agriensi, adeoque sub sacra regni Hungariae corona existentem, in eiusdem abbatiae universa bona et iura temporalia, de iure et ab antiquo ad eandem spectantia et pertinere debentia, sub conditionibus in iisdem benignis caesareo-regiis confirmationalibus, collationalibus expressis, in praesentia tam ecclesiasticarum, quam saecularium ad id convocatarum personarum solenniter

introductus et installatus est. Ex consilio regiae camerae Hungaricae, die decima februarii, anno Millesimo septingentesimo vigesimo quinto, Carolus. Ludovicus Konkell m. p. 1725. febr. 10.

Hártyára írt eredetije: Brünni országos levéltár, Acta Vellehradensia. Lit. D. nr. 15. Papirosra írt hiteles másolatban: Zirczi apátság. levélt. Act. abb. Paszt. fasc. 4. nr. 6.

LX.

Jászó. 1725. április 24.

A jászói konvent, Kohárу István gróf országbiró parancsára, átírja azon tiltakozást, melyben Dettre János és Keserü Tamás óvást tesznek az ellen, hogy a pásztói apátság birtokai Pesty Zsuzsánna, Barius Demeter és Barcsay János kezén vannak.

Nos conventus ecclesiae beati Joannis Baptistae de Jaszov memoriae commendamus, tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod nos gratiosas excellentissimi et illustrissimi comitis domini Stephani Kohárу de Csabrágh et Szittnya perpetui in Murány, iudicis curiae regiae etc., domini et patroni nostri gratiosissimi, litteras mandati praeceptorio-requisitorias, pro parte et ad instantiam reverendissimi patris domini Josephi Mally, sacri et exempti ordinis Cisterciensis, qua monasteriorum Beatae Mariae Virginis Vellehradiensis in Moravia, de Pasztho vero et Pilis im Hungaria situatorum, abbatis etc. clause confectas, sigilloque eiusdem praetitulati domini comitis iudicis curiae regiae iudiciali et authentico, ab extra in superiori earundem margine impresso, communicatas, in oppido Fülek, septima die mensis et anni modo labentis infrascripti, emanatas nobisque praeceptorie simul et amicabiliter sonantes et directas, honore et reverentia, quibus decuit, receperimus in haec verba: Comes Stephanus Kohárу de Csabragh et Szittnya perpetuus in Murany, iudex curiae regiae, sacratissimi principis ac domini domini Caroli Sexti, Dei gratia electi romanorum imperatoris semper augusti, ac Germaniae, Hispaniarum, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniaeque etc. regis, archiducis Austriae, ducis Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, marchionis Moraviae, comitis 1725. ápr. 7.

Habspurgi, Tyrolis et Goritiae etc. actualis intimus consiliarius, colonellus, comitatus Honthensis perpetuus supremus comes, generalis campi mareschalli locumtenens et Partium regi Hungariae Cis-Danubianarum confiniorumque Antemontanorum vicegeneralis, amicis suis honorabilibus conventus ecclesiae beati Joannis Baptistae de Jaszov, cum praesentibus requirendis, salutem et amicitiam paratam cum honore. Expositum est nobis nomine et in persona reverendissimi patris Josephi Mally, sacri et exempti ordinis Cisterciensis, qua monasteriorum Beatae Mariae Virginis Vellehradiensis in Moravia, de Pászthó vero et Pilis in antelato regno Hungariae situatorum abbatis titularis etc.: Qualiter idem exponens paribus universarum litterarum, puta fassionalium, perennalium scilicet et impignoratitiarum, inscriptionalium, donationalium, consensualium, transactionalium, executionalium, testamentalium, contradictoriarum, emptionalium, venditionalium, concambialium, protestatoriarum, prohibitoriarum, obligatoriarum, quietantionalium et confirmationalium, item metalium, inquisitionalium, adiudicatoriarum, sententionalium, absolutionalium, iuramentalium, introductoriarum et statutoriarum, ac super his evocatione scilicet et executione relatoriarum et testimonialium, aliarumque universarum et quarumlibet causalium, processualium, nec non privilegialium scilicet, tam vestrarum, quam aliarum personarum authenticarum, factum videlicet bonorum et iurium possessionariorum ac negotiorum ipsius exponentis ubilibet in regno Hungariae existentium, habitorum, tangentium et concernentium, quandocunque, quomodocunque, ubicunque et sub quibuscunque verborum formis emanatarum ac in sacristia seu conservatorio et prothocollo, atque archivis interque fragmenta et signaturas praefatae ecclesiae vestrae more solito repositarum et locatarum, atque coram vobis per eundem exponentem vel hominem eiusdem uberius declarandarum, ad praesens pro iurium suorum tuitione et defensione plurimum indigeret, essentque eidem necessariae. Cum autem iusta petenti non esset denegandus assensus et alioquin etiam paria eiusmodi litterarum et litteralium instrumentorum e locis authenticis et credibilibus, ad mandata ordinariorum regni iudicum, partibus interessatis commode semper extradari soleant atque debeant: pro eo amicitiam vestram harum serie hortamur

et requirimus diligenter et nihilominus authoritate nostra iuridica, qua pleno iure fungimur, vobis praecipientes, committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, praescriptas universas et quaslibet litteras et litteralia instrumenta, modo quo supra, recensita ac per eundem exponentem vel hominem eiusdem coram declarandum factum, ut praemissum est, bonorum et iurium possessionariorum et negotiorium dicti exponentis tangentia et concernentia, quomodocunque, quandocunque, ubicunque et sub quibuscunque verborum formis confectas et emanatas, in dictis sacristia seu conservatorio et prothocollo atque archivis, interque fragmenta et signaturas litterarum praefatae ecclesiae vestrae diligenter requiri et reinveniri facere, requisitarumque et reinventarum tenorem in transumpto aliarum litterarum vestrarum, sub sigillo vestro conventuali authentico, eidem exponenti, iurium eiusdem futuram ad cautelam necessarium, modis omnibus extradare debeatis et teneamini. Communi suadente iustitia; secus non facturi. Datum in oppido Fülek, die septima mensis aprilis, anno Domini 1725. Apr. 7.
Millesimo septingentesimo vigesimo quinto. Quarum dorsalis superinscripto erat huiusmodi: Amicis suis honorabilibus conventus ecclesiae beati Joannis Baptistae de Jaszov. Pro parte et ad instantiam reverendissimi patris Josephi Mally, sacri et exempti ordinis Cisterciensis, qua monasteriorum Beatae Mariae Virginis Vellehradiensis in Moravia, de Pasztho vero et Pilis in Hungaria situatorum abbatis etc. Requisitorium generale. (L. S.)

Unde nos praemissis suprafati excellentissimi et illustrissimi domini iudicis curiae regiae commissionibus et mandatis debitum morem, prout decet, et tenemur gerere et obsecundare cupientes, certas quasdam litteras protestatorio-inhibitorias, per antelatum reverendissimum dominum exponentem coram nobis declarari factas, in conservatorio et authenticis praenotatae almae ecclesiae istius nostrae prothocollis per iuratum notarium nostrum diligenter requiri et reinveniri curavimus. Quarum tenor et verbalis continentia sequitur in hunc modum.[1]

Requisitarum itaque et in conservatorio atque authenticis, ut praemissum est, dictae almae ecclesiae istius nostrae protocollis

[1] Az átírt okiratot lásd: *Békefi Remig*: A pásztói apátság története. I. köt. CXLII. okl. 486. l.

reinventarum praescriptarum litterarum protestatorio inhibitoriarum tenorem et continentias, in praesenti aliarum litterarum nostrarum, in forma libelli contextarum, transumpto, sub sigillo nostro conventuali authentico, erga praeinsertum gratiosum mandatum praeceptorio-requisitorium, supramemorato reverendissimo domino exponenti, iurium suorum futuram, uberioremque ad cautelam et tuitionem necessarias extradandas esse duximus et concedendas. Communi suadente iusticia. Prouti extradedimus et concessimus ipso pariter facto. Praesentibus reverendissimo domino Joanne Carolo Jesch, sacri candidissimi atque exempti ordinis canonicorum regularium Praemonstratensium praelato, infulatoque praefatae almae ecclesiae istius nostrae praeposito, prothonotario apostolico et suae sacratissimae caesareo-regiae maiestatis consiliario; necnon admodum reverendis et religiosis Joanne Balthasare de Grosse Inferioris Meczenzéf et Stephano Velemy, annotati Jaszov oppidorum nostrorum plebanis, praelibati item sacri ordinis Praemonstratensis canonicis regularibus; Vito Huttler bonorum venerabilis huius praepositurae praefecto, Cornelio Rosa superioris Meczenzéf, Adaucto Haugh Mindszent et Rudnok, atque Paulo Csorba Debröd, sic vocitatorum, alterius oppidi et pagorum nostorum identidem plebanis zelantissimis, iuratis utpote patribus conventualibus, in praerepetita isthac nostra et respective antelatorum locorum nostrorum ecclesiis iugiter Deo famulantibus. Datum per manus egregii Adami Jábróczky de Jábród, conventus istius nostri ordinarii iurati notarii, in festo Sancti Georgii militis et martyris, quae est vigesima quarta dies mensis aprilis, anno a gaudiosissimo
1725 ápr. 24. partu Virginis sine labe conceptae Millesimo septingentesimo vigesimo quinto. (L. S.) Lecta et correcta per me patrem Cornelium Rosa.

Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 1. nr. 31.

LXI.

Csábrágh. 1726. szeptember 27.

Kohárý István gróf a jászói konventet utasítja, hogy levéltárából hiteles átiratban adja ki a pásztói apátságra vonatkozó okleveleket Mály József pásztói apát részére.

Comes Stephanus Kohárý de Csábrágh et Szittnya perpetuus in Murány, sacratissimi principis ac domini domini Caroli Sexti, Dei gratia etc. actualis intimus consiliarius, colonellus, comitatus Honthensis perpetuus supremus comes, generalis campi mareschalli locumtenens, et partium regni Hungariae Cis-Danubianarum confiniorumque antemontanorum vice-generalis, amicis suis honorabilibus, conventui ecclesiae Sancti Joannis Baptistae de Jászó cum praesentibus requirendis salutem et amicitiam paratam cum honore. Expositum est nobis nomine et in persona reverendissimi patris Josephi Maly, sacri et exempti ordinis Cisterciensium abbatis Beatae Mariae Virginis de Pasztó, qualiter idem exponens paribus universarum literarum, puta fassionalium, perennalium scilicet et impignoratitiarum, inscriptionalium, donationalium, consensualium, emtionalium, executionalium, testamentalium, divisionalium, contradictoriarum, contractualium, transactionalium, venditionalium, concambialium, protestatoriarum, prohibitoriarum, obligatoriarum, expeditoriarum, quietantionalium et confirmationalium, item metalium, inquisitionalium, adiudicatoriarum, sententionalium, absolutionalium, iuramentalium, introductoriarum et statutoriarum, ac super his evocatione scilicet et executione relatoriarum et testimonialium, aliarumque universarum et quarumlibet causalium et processualium, nec non privilegialium scilicet tam vestrarum, quam aliarum personarum authenticarum, factum videlicet bonorum et iurium possessionariorum, ac negotiorum ipsius exponentis ubilibet in regno Hungariae existentium habitorum, tangentium et concernentium, quandocunque, quomodocunque, ubicunque et sub quibuscunque verborum formis emanatarum, ac in sacristia, seu conservatorio et protocollo atque archivis, interque acta, fragmenta et signaturas literarum praefatae ecclesiae vestrae more solito repositarum et locatarum atque coram vobis per eundem exponentem vel

hominem eiusdem uberius declarandarum ad praesens pro iurium suorum tuitione et defensione plurimum indigeret, essentque eidem necessaria. Cum autem iusta petenti non esset denegandus assensus et alioquin etiam paria eiusmodi literarum et literalium instrumentorum e locis authenticis et credibilibus, ad mandata ordinariorum regni iudicum partibus interessatis commode semper extradari soleant atque debeant: pro eo amicitiam vestram harum serie hortamur et requirimus diligenter, et nihilominus authoritate nostra iudiciaria, qua pleno iure fungimur, vobis praecipientes committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, praescriptas universas et quaslibet literas et literalia instrumenta, modo quo supra recensito, ac per eundem exponentem, vel hominem eiusdem coram declaranda factum ut praemissum est, bonorum et iurium possessionariorum ac negotiorum dicti exponentis tangentes et concernentia quomodocunque, quandocunque, ubicunque et sub quibuscunque verborum formis confectas et emanatas, in dictis sacristia, seu conservatorio et protocollo atque archivis, interque acta, fragmenta et signaturas literarum praefatae ecclesiae vestrae diligenter requiri et reinveniri facere, requisitarumque et reinventarum tenorem in transumpto aliarum literarum vestrarum, sub sigillo vestro conventuali authentico, eidem exponenti, iurium eiusdem futuram ad cautelam necessarium, modis omnibus extradare debeatis et teneamini; communi suadente iustitia; secus non facturi. Datum Csábrágh, die vigesima septima
1726. szept. 27. mensis septembris, anno Domini Millesimo septingentesimo vigesimo sexto.

Pecséttel.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apátsági levélt. Act. abb. Pászt. fasc. 4. nr. 15.

LXII.

Pest. 1727. május 10.

III. Károly király tudtul adja, hogy Grassalkovich Antal királyi ügyigazgató a «neoacquistica commissio» eljárását a pásztói apátsággal szemben I. Lipót király adománylevele alapján megszüntette.

Nos Carolus Sextus Dei gratia etc. Damus pro memoria, significantes, quibus expedit, universis, quod posteaquam egregius fidelis noster magister Antonius Grassalkovich de Gvarak consiliarius noster, qua tamen causarum nostrarum regalium per Hungariam director et sacrae dicti regni nostri Hungariae coronae fiscalis, bonorum comitatui nostro Hevesiensi adiacentium possessores, iuxta articulum decimum anni Millesimi septingentesimi vige- 1723.
simi tertii, in praesentiam tabulae nostrae regiae iudiciariae, ad quam videlicet huiusmodi causae iuris neoaquistici translatae haberentur, pro die duodecima mensis novembris anni praeteriti Millesimi sep- 1726. nov. 12.
tingentesimi vigesimi sexti, termino videlicet pro discussione causarum neoaquisticarum per maiestatem nostram ordinato ac per comitatus publicato, et alias iudicialiter etiam partibus interessatis praefixo, penes benigna evocatoria mandata nostra suo modo evocari fecisset, praescriptoque in termino praelibata tabula nostra regia iudiciaria, pro discutiendis ac recto iuris et iustitiae aquisitorio ponderandis causis eiusmodi neo-aquisticis considerando, idem causarum nostrarum regalium director, inter caeteros fine praemisso evocatos causam contra et adversus honorabilem Cyrillum Hadersbach, sacri et exempti ordinis Cisterciensium, abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pasztó administratorem etiam suo modo levari eundemque proclamari fecisset et actionem suam adursisset: eotum praerecensitus Cyrillus Hadersbach, ad actionem fisci nostri regii iudicialiter comparendo, in remonstrationem dictae abbatiae iurium produxisset benignas, piae reminiscentiae Leopoldi primi, genitoris desideratissimi et praedecessoris nostri collationales in transumpto capituli Agriensis cum annexa et dorsaliter inscripta, cameralis introductionis et installationis serie, alias more, ac de stylo camerario, in similibus observari solitis, peractam, sub D. D. tenoris subsequentis: Nos capitulum ecclesiae Agriensis memoriae

commendamus, tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod admodum reverendus pater Petrus Goncsik ordinis Cisterciensis Wellehradii in Moravia professus, abbatiae de Pásztho in Hungaria administrator, coram nobis personaliter constitutus, exhibuit et praesentavit nobis benignas literas originales collationales sacratissimae condam maiestatis caesareae regiaeque Leopoldi primi, gloriosissimae reminiscentiae, subscriptione et sigillo eiusdem maiestatis sacratissimae authentico impressive communitas ac roboratas, petens nos debita cum instantia, quatenus easdem de verbo ad verbum, sine diminutione et augmento aliquali transscribi et transsumi, praesentibusque ac protocollo nostris inseri facientes, tandem paria, seu exemplar eorundem, sub sigillo nostro usuali et authentico extradare vellemus. Quarum quidem literarum collationalium genuina series esset tenoris infranotati.[1] Unde nos iustis et legitimis petitionibus antelati admodum reverendi patris Petri Goncsik favorabiliter inclinati, praescriptas literas non abrasas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte vitiatas, aut suspectas, sed omni prorsus suspitionis vitio carentes, de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali transscriptas, praesentibusque literis, prout et protocollo nostro insertas, sub sigillo nostro capitulari usitato et authentico, ad postulationem eiusdem admodum reverendi patris extradandas duximus et concedendas; communi iustitia et aequitate id suadente.
1715. aug. 20. Datum Agriae, die vigesima mensis augusti, anno Domini Millesimo septingentesimo decimo quinto (L. S.) Lecta in capitulo. Vigore quarum absolutionem cupivisset, eatenusque literas absolutionales elargiri postulasset. Quibus reproductis, procurator fiscalis, visis praevio modo exhibitis benignis collationalibus Leopoldinis, eatenus actioni suae regio-fiscali cessisset. Super quibus etiam deliberatum fuisset in hac formula: Reproductis tam a parte ex familia Pásztóy condescendentium, quam et per administratorem abbatiae ad convincendam iurium soliditatem documentis, subsecutaque eatenus fisci quoque regii actioni suae cessione, memoratos Pasztovianos et administratorem, consequenterque abbatiam, sed et Joannem Horváth, iure ex praedeclarato Pasz-

[1] Most következik az 1702. nov. 6-iki kir. adománylevél. Szövegét lásd: *Békefi Rem.*: A pásztói apátság tört. I. k. 674—677. l. CCXLIX. sz. okl.

toiano promanante fundum in actionali oppido Paszto possidentem, accedente hac etiam in parte fisci regii consensu, ab ulteriori eiusdem fisci regii impetitione absolvi, literasque superinde testimoniales determinavi. Unde nos praesentes literas nostras, super praevio modo interventa iurium reproductione subsecutaque eatenus a parte fisci nostri regii actioni suae cessione et tabulae nostrae regiae sententia testimoniales, futura iurium repetiti Cyrilli Hadersbach, qua mentionatae abbatiae Beatae Mariae Virginis de Paszto administratoris, pro cautela, sub sigillo nostro iudiciali authentico, apud personalis praesentiae nostrae regiae in iudiciis locumtenentis habito, extradandas esse duximus et concedendas, communi suadente iustitia. Datum in libera regiaque civitate nostra Pestiensi, loco videlicet celebrandorum generalium iudiciorum nostrorum, die decima mensis maii, anno Domini Millesimo septingentesimo vigesimo septimo. (L. S.) Egregius Adamus Zichy de eadem, excellentissimi domini comitis palatini notarius. m. p. 1727. máj. 10.

Lecta et correcta per me. Georgium Száraz, praesentiae regiae in iudiciis locumtenentem, m. p.

Pecséttel.

Papirosra irt eredetije: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 4. nr. 18.

LXIII.

Losoncz. 1728. május 22.

Prónai Gábor és Battik Ilona a Fráter-család által elzálogosított, Pásztón, Hasznoson és másutt levő részbirtokok kiváltására nézve egyességre lépnek.

Alul irattak adgyuk tudtára mindeneknek, a kiknek illik, ezen levelünk rendiben, hogy a mely rész jószágokat, úgymint nemes Neográd, Heves és Pestvármegyékben, nevezet szerint pedig Pásztthón, Hasznoson, Kókán, Almáson, Szent Mártony-Kátán és több helyeken lévőket nemes Frater familia még ezerhatszázhatvannyolczadik esztendőben néhai Batik János uramnak zálogban vetett vala, énnekem Prónai Gábornak azoknak kiváltására lévén engedelmem és hatalmam, midőn a végre ide Losonczra pénzzel compareáltam volna, alább coramizált bocsületes uri emberek előtt, 1728.

egyrészrül én Prónai Gábor, más részről pedig én Batik Ilona alább irt punctumok szerint egyeztünk meg: Legelsőben minthogy felül irt zálogos levélben ilyen szókkal fel vagyon téve, hogy emlitett rész jószágokat négyszáz tallér érő jó elkelhető pénzen adtuk volt, kérdés azért támadván, hogyha két forintos tallérokat kellessék-e érteni, avagy csak harmincz garassal számlálni? Submittáltuk ezen nemes Neográd vármegye decisiójának úgy, hogy alább coramizált szolgabíró Szillásy Pál úr első gyüléskor előadgya és proponállya ezen kérdést, és amint decidáltatik, azon megnyugszunk, melyre való nézve most csak hatszáz rhénusi forint le tétetődött, kétszáznak letétele pedig most irt decisiótul fog függeni. Másodszor, minthogy Vécsei Sándor úr ő nagysága recognitiójábul edoceáltatott, hogy Pásztó városához való jusnak megtartására tizenkét házhelytül lett költségire adatott nyolczvanhárom magyar forint és hetvenhat denár, most tehát ottan hat házat, úgymint Fraterek részét remittálván, refundáltatik harmincznégy rhénusi forint és nyolczvan denár. Ahoz, hogy apczi, pásztói és leleszi portio iránt neoaquistica commissióra evocáltatott az asszony, minthogy emlitett familiához úgy mint evictorhoz embereket küldözvén, készpénzen kellett fogadni, annak refusiójára leolvastatott húsz rhénusi forint és úgy mostan egészben tétetődött le hatszázötvennégy forint nyolczvan denár. A ius armorum summa iránt pedig, minthogy most a quietantiák bizonyos királyi tábla előtt forgott processusban vannak, cautió adatik, hogy amint azoktul kijön és Frater-részre esik, az is refundáltatik én általam, Prónai Gábor által. Harmadszor az originális zálogos levél felette lévén elszakadozva, a vidimált párral együtt recognoscáltatik, úgy a jószág is valamint ottan helység szerint specificálva vagyon, a ki tudniillik actualiter birattatott, per manus bocsájtatik, Declarálván mindazonáltal, minthogy czeglédi portiót sem én Batik Ilona, sem eleim nem birták, apczi pedig és leleszi portiókban fiscus ellen nem evincálhatván engem Frater familia, az elmult neo-aquisticalis terminus adiudicáltatott, azért azokat nem is resignálhatván, hanem mivel az allói portió atyámfiai által Almási urnak és másoknak zálogban adatott, aztat tartozom mentül hamarébb magam kiváltani és a többihez resignálni; máskép ha nem cselekedném, via liquidi

debiti rajta lévő pénzt lehessen megvenni rajtam; több részében pedig most is egészlen resignálom, úgy hogy azoknak birásába contrahens fél léphessen. Mindezeknek állandóságára nézve mind a két részrül saját kezeink irásával erősítjük ezen contractualis redemptionalis levelünket. Losoncz vigesima secunda maii Mille- 1728. máj 22.
simo septingentesimo vigesimo octavo. Pronaj Gábor (L. S.) Battik Ilona (L. S.) Coram me Georgio Battik (L. S.) Coram me Paulo Szillassi comitatus Neogradiensis iudice nobilium. (L. S.)

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 7. nr. 7.

LXIV.

Pozsony. 1730. február 16.

Esterházy Imre gróf primásérsek Prohászka Bertalannak és Pásztón lakó rendtársainak megadja a jogot, hogy az esztergomi érseki egyházmegye híveit gyóntathatják és feloldozhatják.

Emericus Dei gratia sacri romani imperii princeps e comitibus Eszterházy de Galantha, ecclesiae meptropolitanae Strigoniensis archi-episcopus, sacrae sedis apostolicae legatus natus, primas regni Hungariae, eiusdemque summus et secretarius cancellarius, comitatus Strigoniensis supremus ac perpetuus comes, sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis actualis intimus status conferentiarum et consilii regii locumtenens consiliarius, necnon tabulae septemviralis iudex etc. Honorabili in Christo fratri Bartholomaeo Prochaszka, ordinis Cisterciensis professo et bonorum abbatiae Pasztoviensis in dioecesi Agriensi administratori et respective superiori salutem et apostolicam benedictionem. Inducti sufficientia tua et inclinati iustis precibus cum zelo promovendae salutis animarum coniunctis, quibus nos debita cum instantia requisivisti, quatenus tibi, reliquisque fratribus tuis in praedicta abbatia ordinis suprafati Cisterciensis alioquin quidem in dioecesi Agriensi, sed ad confinia dioecesis nostrae Strigoniensi sita, tecum commorantibus, tamquam sacerdotibus probatis et approbatis iurisdictionem absolvendi sacramentaliter a peccatis quosvis fideles dioecesis nostrae Strigoniensis impertiremur, tanto libentius desiderio suo annui-

mus, quanto nos exinde parte oneris nostri pastoralis relevari videmus. Licebit proinde praeprimis tibi quosvis utriusque sexus vere poenitentes, exceptis claustralibus monialibus, ad supra memoratam dioecesim nostram Strigoniensem pertinentes, seu tu ad dioecesim nostram quacunque occasione venias, seu ii ad te venerint sacramentaliter etiam a casibus nobis reservatis absolvere, salva in reliquo reservatione summi pontificis, item praelati tui et aliorum ordinariorum; fratribus porro tuis in praedicta abbatia Pasztoviensi tecum stabiliter commorantibus licebit etiam, sed non a casibus reservatis, nisi quibus tu non generaliter quidem, sed ad speciem casus eandem iurisdictionem subdelegaveris. Super quibus gratiis benedictionem nostram libenter tibi impertimur. Po-
1730. febr. 16. sonii, die decima sexta mensis februarii, anno domini Millesimo septingentesimo trigesimo. Ad mandatum altefatae celsitudinis ex morbo nunc decumbentis subscribit Joannes Jelenffy E. M. S. et eiusdem celsitudinis a latere canonicus. (L. S.) Ad idem suae celsitudinis benignum mandatum Antonius Siskovich eiusdem secretarius m. p.

Papirosra irt eredetije: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 30. nr. 6.

LXV.

Pásztó. 1731. június 27.

A pásztói apátság pásztói jobbágyai a pásztói lakosokkal együtt Máły József pásztói apátot kérik, hogy a korcsmáltatást és a húskimérést nekik legalább egy évre adja bérbe.

Laudetur Jesus Christus! Illustrissime ac reverendissime domine, domine Abbas nobis gratiosissime colendissime!

Servitiorum nostrorum hommagialium demississimam ac paratissimam semper subiectionem. Magna oppressi calamitate ac miseria, ad quem post Deum ter optimum maximum habeamus refugium, penitus ignoramus. Attamen, cum orbis terrarum humanaque suadet natura, non ad alium refugiendum miseris, quam ad eum, qui eisdem semper misereri et succurrere paratus sit. Cum itaque nos miserrimi subditi illustrissimae ac reverendissimae dominationis vestrae, cum tota communitate oppidoli Pásztho, de eorum

numero simus, qui omni solatio ac consolatione privati, non habemus ad alium recursum, ex plurimis illustrissimis, spectabilibus, ac generosis dominis, dominis terrestribus, quam ad altetitulatam illustrissimam ac reverendissimam dominationem vestram. Nec immerito in hanc paupertatem ac egestatem miserrimi subditi nos devenimus, quia ex dominis praetitulatis illustrissimis, spectabilibus ac generosis dominis, dominis terrestribus nostris nos iuvare vel in minima re succurrere nobis gravarentur, auxiliarique nolint; ita ut si inclytus comitatus non auxiliaretur nobis, nostramque paupertatem clementer non respexisset, in impositis quanti portionalis, hucusque iam coacti fuissemus habitationes nostras transmutare; ubi etiam, si supplicamus apud reliquos dominos terrestres de educillis, ac macellis nobis suo modo elocandis, nobis obiiciunt, quare etiam domini terrestres sacri ordinis Cisterciensis nobis non favent? ut nos aliorum subditos iuvemus, non est consultum. Si autem et praetitulata illustrissima dominatio, aeque ac reliqui domini terrestres nos iuvare intermittent, subsistere non valebimus, inter tot debita et inexplicabiles miserias nostras. Quare humillimis iterum iterumque hisce supplicationibus nostris de genibus rogamus, succurrere et misereri ne gravetur illustrissima ac reverendissima dominatio, ut saltem per annum educillum et macellum nobis exarendare placeat. Quam gratiam et benevolentiam eiusdem illustrissimae ac reverendissimae dominationis, si nos non valebimus reservire, valeat in centuplo remunerator omnium bonorum Deus ter optimus maximus recompensare; cupientes insuper illustrissimam ac reverendissimam dominationem vestram ad vota propria multos per annos, una cum sacra familia, salvam et incolumem feliciter supervivere; quod cum fusis in Deum precibus quotidie peteremus, simul manemus benignum praestolaturi responsum praetitulatae illustrissimae ac reverendissimae dominationis vestrae fideles subditi et servi obedientissimi cum tota communitate oppidi Pásztho. Datum in oppido praefato Pasztho, die vigesima septima mensis iunii, anno Millesimo septingentesimo trigesimo primo. 1731. jún. 27.

Hátára ez van írva: Illustrissimo ac reverendissimo domino domino Josepho Maly, sacri ac coempti ordinis Cisterciensis monasterii Beatae Mariae Virginis Wellehradiensis in Moravia, abbatiarum Pilis et Pásztho in Hungaria abbati dignissimo, marchionatus Mo-

raviae praelato primo, sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis consiliario domino nobis gratiosissimo colendissimo. Wellehradii.

Per Budam.

Viennam.

Viskoviam.

Papirosra írt eredetije pecséttel: Zirczi ap. levt. Act. abb. Pászt. fasc. 4. nr. 23.

LXVI.

Wellehrád. 1733. február 28.

Mály József pásztói apát megköszöni a m. kir. kamarának azon jóindulatát, hogy Mátra-Verebélyt 17.000 forintért a pásztói apátság kezére akarja juttatni.

Illustrissime et Excellentissime Domine Praeses!
Totumque Inclytum Regium Camerale Consilium!
Domini mihi Observandissimi et Honorandissimi!

Pro eo, quod inclytum regium camerale consilium, possessionem Matra-Verebeliensem, cum reliquis ad eandem spectantibus bonis, tum ob alias, tum vel maxime eam ob rationem, ut in eadem Verebeliensi possessione et ecclesia miraculis clara cultus divinus, cum singulari catholicarum ovium solatio et speranda deviarum a fide orthodoxa animarum conversione, conservetur et propagetur, erga appromissam septemdecim millium florenorum summam, sub conditionibus et modalitate penes contractum uberius declarandis, sacro Cisterciensi ordini meo pro abbatia Beatae Virginis Mariae de Paszto, in comitatu Hevesiensi existenti, prae aliis gratiose conferendam censuerit, eademque ex causa pro concludendo contractu memet vel in persona, vel vero mediante quopiam meorum ad hoc plenipotentiato ad regiam commissionem cameralem evocare voluerit: ego cum conventu meo, nomine totius sacrae religionis meae Cisterciensis, ac praeprimis vice desolatae et iam per tot annorum decursum sub ruderibus gementis abbatiae Paszthoiensis, suae illustrissimae excellentiae, totique huic inclyto regio camerali consilio, praesentium vigore, immortales gratias reddo et pro hac benigna reflexione a Deo optimo maximo largam benedictionem temporalem, dein etiam remunerationem aeternalem cum praelibato conventu meo iugiter exoro. Missurus

praerecensitum in finem patrem meum secretarium Engelbertum Hermann, cuius opera res incoepta et hucusque gesta est, quamprimum is causam aliam, apud supremam curiam regiam Vratislaviensem actu vigentem, absolverit; id quod intra duas tresve septimanas futurum plene confido. Pro qua modica mora dum obsequiosissime rogo, insimul me cum praedicto conventu meo gratiis conservativis impensissime commendo et maneo illustrissimae et excellentissimae dominationis suae, totiusque inclyti regii cameralis consilii, Wellehradii, die vigesima octava februarii 1733. febr. 28.
anno Millesimo septingentesimo trigesimo tertio, obsequiosissimus servus Josephus abbas m. p.

Papirosra irt eredetije: Magyar országos levéltár. Eccl. Cam. fasc. 30. nr. 43.

LXVII.

Bécs. 1733. szeptember 18.

III. Károly király meghagyja a m. kir. udvari kamarának, hogy a Mály József pásztói apáttal Mátra-Verebély ügyében kötendő adásvevési szerződés néhány pontját változtassa meg.

Carolus Sextus etc. Spectabilis ac magnifici etc. Cum praelato Velleradiensi, qua abbate Beatae Virginis Mariae de Paszto, ratione bonorum Mátra-Verebeliensium, per eundem et suos in abbatia de Paszto successores titulo laicali seu redemtibili possidendorum qualemnam contractum fidelitates vestrae elaboraverint, quibus ex motivis generalem silvarum pro fisco regio reservatum usum dictus praelatus controverterit annosque irredemptibilitatis determinandos expetierit, caesarea camera nostra aulica maiestati nostrae obsequenter retulit. Quamquam autem ea non fuerit intentio, ut per generalem usus silvarum reservatam silvae illae devastentur, adeoque in prioribus terminis reservatio subsistere posset; ut tamen emptor a metu sibi impresso liberetur, clementer annuimus, quo reservatio silvarum usus ad solas pontium Szolnokiensium necessitates et reparationes restringatur, annique possessionis irredemptibilis ad annos viginti quinque reguletur. Fidelitatibus vestris benigne praecipientes, quatenus in conformitate praemissorum contractum modificent ac ad effec-

tum deducant; nam in eo satisfiet benignae menti ac voluntati nostrae. Dabantur in civitate nostra Viennae, die decima octava
1733. szept. 18. septembris, anno Millesimo septingentesimo trigesimo tertio, regnorum nostrorum Romani vigesimo secundo, Hispaniarum trigesimo primo, hungarici et bohemici vigesimo tertio. Carolus m. p. Joannes Franciscus a Dietrichstein m. p. Ad mandatum sacratissimae caesareae et catholicae Hungariaeque regiae maiestatis proprium Christophorus liber baro de Verdenburg. Gabriel Gyöngyösy m. p.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 27. nr. 64.

LXVIII.

Wellehrád. 1734. január 26.

Mály József pásztói apát kéri az esztergomi primást, utasítsa vicariusát, hogy ez a pásztói cziszterczi rendtagokat hatalmazza fel a Verebélyen és Szent-Kuton végzendő lelkipásztorkodás teljesítésére.

Celsissime ac reverendissime sacri romani imperii Princeps, Domine, Domine gratiosissime. Ex literis contractualibus inclytae camerae regiae Posoniensis hic praecise initialiter adductis sua reverendissima celsitudo uberius percipere dignabitur, qualiter sua maiestas caesareo-regia, dominus noster clementissimus bona quaedam, fisco eiusdem regio adiudicata, signanter vero possessionem Mátra-Verebély ecclesiamque ibidem existentem, iure emptionis temporalis, mihi ac ordini meo Cisterciensi pro plantatione novella religiosorum in abbatia Beatae Virginis Mariae ad oppidum Paszto, inter alias etiam quam maxime eam conditionem benigne conferre decreverit, ut in praelibata Verebeliensi ecclesia, miraculis caeteroquin clara, cultus divinus cum singulari catholicarum ovium solatio et speranda deviarum animarum a fide orthodoxa conversione per religiosos in antelata vicinissima abbatia Pasztoiensi degentes propagetur ac promoveatur. Cum vero ad exequendam eandem suae maiestatis sacratissimae pientissimam intentionem consensus quoque et approbatio religiosorum pro administratione

sacramentorum curaque animarum praemissis locis ad archi-dioecesim suae reverendissimae celsitudinis spectantibus exponendorum noscatur esse necessarius: eapropter reverendissimae celsitudini suae hisce demisse supplico, dignetur eadem, praehabita gratiosa reflexione praeallegatae benignae ordinationis altefatae suae maiestatis sacratissimae, ad hoc etiam perpenso eo, quod ordo Cisterciensis iam ante quatuor saecula per summos pontifices in partem curae animarum assumptus in plerisque orthodoxis regnis et provinciis non solum in ecclesiis suis monasticis, verum etiam aliis parochialibus ecclesiis et beneficiis antelato ordini non incorporatis, cum praevia reverendissimorum dominorum episcoporum dioecesanorum approbatione, installatione etiam, seu investitura, visitatione item canonica et correctione defectuum in animarum praecise cura admissorum, aliorum vero excessuum, qui vitam et mores istiusmodi curati religiosi concernerent, superioribus ordinis reservata, eandem passim exercere dignoscantur, illustrissimo et reverendissimo domino in spiritualibus vicario generali gratiose committere, quatenus is religiosos meos in Paszto commorantes ad gerendam in praefata ecclesia Verebeliensi et propinqua capella ad sacrum fontem vocata animarum curam et sacramenta poenitentiae et eucharistiae fideli populo, ubi occasio evenerit, intra altefatae suae celsitudinis archi-dioecesim, modalitate supra memorata, gratiose approbare et admittere, praefatamque plantationem novellam Pasztoiensis abbatiae perennalibus gratiarum fluentis irrigare suaeque protectionis munimine confovere dignetur. Qui me insimul sublimibus gratiis demisse commendo ac maneo reverendissimae celsitudinis suae etc.

A fogalmazványra Mály József apát vezette rá: 1734. 26. Januarii.
Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 30. nr. 7.

LXIX.

Wellehrád. 1734. január 30.

Mály József pásztói apát Hadersbach Cyrillt és a többi négy pásztói rendtagot Erdödy Gábor Antal püspöknek bemutatja és számukra áldását és jóindulatát kéri.

Illustrissime, excellentissime et reverendissime domine episcope. Domine mihi observandissime et colendissime. Cum sua maiestas sacratissima rex et dominus noster clementissimus ad humillimam instantiam meam bona quaedam fiscalia Matra-Verebeliensia vocata inque comitatibus Hevessiensi et Neogradiensi existentia, erga numeratam summam pecuniariam septendecim millium florenorum Rhenensium, pro desoluta suisque possessionibus fundationalibus ex toto arvata abbatia Pasztoiensi titulo laicali ordini meo Cisterciensi hac lege ac modalitate possidenda benigne contulerit, ut religiosi in eadem Pasztoiensi abbatia mansuri victumque necessarium exinde habituri praeter ceteras sui ordinis observantias, simul etiam in praelibata advicinante ecclesia Verebeliensi miraculis clara cultum divinum et Marianum zelose et cum fructu animarum promovere satagant: hinc est, quod in conformitate pientissimae istius intentionis caesareo-regiae exhibitorem harum, monasterii mei Wellehradiensis professum presbyterum, patrem Cyrillum Hadersbach nuncupatum, in praefata Paszthoiensi abbatia pro superiore tum in spiritualibus, tum in temporalibus constituam; subordinans eidem interea adhuc alios quatuor sacerdotes, interque eos tres nationales Hungariae filios, idiomatum iis in partibus usitatorum gnaros, studiisque altioribus theologicis sufficienter excultos; eidemque committens ac serio praecipiens, quatenus nunc memoratos religiosos in praescripta et pro initiali hoc statu accommodata observantia regulari gubernare et ad implendam antelatam benignam suae maiestatis sacratissimae intentionem eosdem modis omnibus excitare et adstringere allaboret. Quem proinde patrem superiorem una cum praemissa sua plantatione novella praesentium vigore pro impetranda benedictione sacra illustrissimae ac reverendissimae suae excellentiae demisse praesento, eundemque sublimibus gratiis ac perpetuae protectioni impensissime recom-

mendo; qui insimul et me pretiosis favoribus devoveo et cum omni debita observantia iugiter persevero. Eiusdem illustrissimae et reverendissimae excellentiae suae etc.

Egykorú kéz irásával a megszólitásnál ezt olvassuk: Ad reverendissimum et excellentissimum dominum episcopum Agriensem.

Mály József apát meg ezt irta hozzá: 1734. 30. Januarii.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 30. nr. 11.

LXX.

Pozsony. 1734. szeptember 26.

III. Károly király utasítja Kozma Boldizsárt, Heves- és Külső-Szolnokvármegye szolgabiráját, hogy Aranyi Istvánnak Mály József pásztói apáttal Nagy- és Kis-Batony miatt folytatott perét halaszsza el.

Carolus Sextus, Dei gratia etc. fidelibus suis egregiis Balthazari Kozma, comitatuum nostrorum Hevesiensis et Exterioris Szolnok unitorum iudici nobilium et eidem adiungendo iurato assessori salutem et gratiam. Expositum est maiestati nostae nomine et in persona fidelis nostri egregii Ioannis Francisci Reviczky de Revisnye, camerae nostrae Hungaricae consiliarii, qua tamen causarum nostrarum regalium per Hungariam directoris et sacrae regni nostri coronae fiscalis, qualiter idem exponens in causa illa, quam egregius Stephanus Aranyi, qua etiam reliquorum iura sustentans, contra honorabilem Josephum Maly, exempti ordinis Cisterciensis coenobii Wellehradiensis et Beatae Virginis de Paszto abbatem, respectu portionum in possessione Nagy-Bátony et praedio Kis-Bátony, memoratis unitis comitatibus adiacentibus, ex fundamento peractae cum minori summa admonitionis instituerat, per modofatum abbatem ad evincendum pro die undecima venturi mensis octobris okt. 11.
termino alias compromissionali praescriptarum partium ad oppidum Paszto, in scriptis unitis comitatibus existens, medio vestri qua compromissionatorum iudicum citatus exstitisset. Quia vero antelatus exponens ad superiores instantias camerarum nostrarum regiarum, respective extra regnum constitutas eatenus recurrendum haberet, quibus ob brevitatem termini, more in similibus consueto negotium proponere nequiret; et alias causantibus habita persona-

rum et residentiarum ratione competens terminus et non una quindena praefigi deberet, sed et terminus idem ex facto praedictarum partium in iuristicium incidens fiscum regium ligare non posset. Vellet proinde idem exponens praenotatum terminum praemissis ex rationibus per vos simpliciter differri, lege regni admittente. Supplicatum itaque exstitit maiestati nostrae nomine et in persona praelibati exponentis debita cum instantia humillime, quatenus idem de condigno et opportuno dilationis remedio benigne providere vobisque eatenus mandare dignaremur, nec pateremur eundem iustis suis iuribus improvise destitui. Cum autem iusta petenti non esset denegandus assensus, et alioquin si ad mentem
1703. articuli vigesimi sexti Millesimi septingentesimi tertii regnicolis privatis competens terminus praefigi debeat, in fortiori praelibato exponenti altiores instantias camerales, respective extra regnum constitutas habenti sufficiens longior terminus assignandus veniret; denique annotatus terminus ex compromisso praefatarum partium in iuristicium incidens exponentem obligare nequiret, factum enim cuique suum et non alteri nocere potest; mandatis porro
1715. dilatoriis de dictamine articuli decimi noni Millesimi septingentesimi decimi quinti in evidenti et manifesta ratione fundatis simpliciter obtemperandum esset: pro eo vobis harum serie firmiter praecipientes, benigne committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus rebusque, sicuti praefertur, stantibus
okt. 11. seque habentibus, praenotatum diei undecimae mensis octobris terminum simpliciter differre, totaliterque ab immissione causae, aut exponentis aliquali pacto, ne fors fienda damnificatione supersedere et huic benigno mandato nostro, velut in evidenti ratione fundato, absque ulla ad forum contradictorium relegatione obtemperare noveritis, debeatis et teneamini; communi suadente iustitia; nec secus facturus; praesentibus perlectis restituendo. Datum in libera regiaque civitate nostra Posoniensi, die vigesima
1734. szept. 26. sexta mensis septembris, anno Domini Millesimo septingentesimo trigesimo quarto. (L. S.) Lectum et extradatum per me, Baronem Antonium Grassalkovich, altefatae sacrae caesareae regiaeque maiestatis praesentiae in iudiciis locumtenentem et consiliarium m. p.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apáts. levélt. Act. abb. Paszt. fasc. 27. nr. 79.

LXXI.

Pásztó. 1738. február.

A pásztói rendház tagjai a nagykáptalanhoz fordulnak, hogy ez a pásztói apátság szervezése czéljából a rendi apátságok részéről segítséget szerezzen.

Reverendissime et illustrissime domine, domine Abba et Superior generalis, totumque reverendissimum Capitulum generale!

Iam quadragesimus agitur annus, ex quo augustissimus et potentissimus olim Romanorum imperator et Hungariae rex Leopoldus primus gloriosae reminiscentiae, testantibus actis capituli generalis novissimi, abbatiam Beatae Mariae de Pastho in Hungaria Superiori, comitatuque Heves existentem, sacro ordini Cisterciensi, pro quo primitus fundata erat, post devictum et ex hisce partibus profligatum iuratum christiani nominis hostem Turcam clementer reincorporavit, eaque lege restituit, ut bona eiusdem abbatiae prae manibus saecularium existentia recuperentur et monasterium successive restauretur, cultusque divinus iuxta sacra eiusdem ordinis instituta, pro aedificatione populi et orthodoxae fidei romano-catholicae incrementa promoveatur. Quae quidem pientissima summefatae suae maiestatis sacratissimae intentio neutra in parte desideratum effectum sortiri potuit, ex eo, quod quoad primum literaria documenta seu arma, quibus primaria bona fundationalia recuperanda forent, defecerint et usque nunc deficiant; quoad alterum vero, nec ecclesia, nec habitacula, sed neque victus, neque amictus pro religiosis, cultum divinum inibi promoturis, nisi fors ad summum pro una alterave persona, ibidem reperta fuerit, donec primo noviter paterna munificentia domini abbatis patrisque nostri Wellehradiensis eiusdemque conventus bona quaedam immobilia a nunc regnantis suae maiestatis sacratissimae camera Hungarica pretio septemdecim millium florenorum Rhenensium pro eadem abbatia comparata fuissent, ex quibus de facto per Dei benedictionem pro nobis hic commorantibus infra subnotatis sex sacerdotibus Wellehradiensibus professis quotidianus victus et amictus promanat. Illud vero, quod etiam nunc animas nostras summe tangit et angit, hoc est, quod mater nostra, videlicet ecclesia Pasthoviensis post tot annorum a benigna

restitutione decursum usque in hanc horam coram oculis nostris sub ruinis et ruderibus ingemiscat ac desolata iaceat; idque in catholicorum quidem obloquium, haerethicorum vero advicinantium sybilum et improperium, totius quoque sacrae religionis nostrae indecorum. Ad hoc autem opprobium per eiusdem ecclesiae restaurationem e medio tollendum cum viribus propriis ex notorio simus insufficientes; monasterium vero paternum Wellehradiense post plusquam sexaginta florenorum millia in unam ac alteram Hungaricam sacri ordinis abbatiam expensa, stante praesertim modernorum temporum asperitate ulterioribus suppetiis gravare non praesumentes.

Hinc est, quod reverendissimam et illustrissimam dominationem suam totumque reverendissimum capitulum generale humillime rogemus ac per viscera misericordiae Dei nostri obsecremus, quatenus praemissam sortem novellae istius plantationis pia commiseratione pensare, atque ad impetrandum in finem restaurandae praememoratae ecclesiae nostrae desolatae subsidium quoddam charitativum, potentioribus sacrae religionis nostrae monasteriis, quae bonitas divina hactenus a ruina conservavit et benedictione largiori cumulavit, praepotenti interventione sua impensius recommendare dignetur. Reverendissimae et illustrissimae dominationis suae totiusque reverendissimi capituli generalis plantatio novella iure postliminii in abbatiam Pastho restituta, pater Cyrillus Hadersbach superior, pater Michaël Benkowiz, pater Mattheus Kristen, pater Ladislaus Germanicz, pater Franciscus Dalmata, pater Robertus Wlach.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levéltár. Act. abb. Paszt. 1738. februári keletű levél.

LXXII.

Pozsony. 1738. november 3.

Pálffy János országbiró megparancsolja Csima Mihály szolgabirónak, hogy a Nagy-Batony és Lengyend határában levő birtokrészek miatt Mály József pásztói apát ellen Szentmártonyi Mihály által indított pert szüntesse be.

Comes Joannes Pálffy ab Erdöd perpetuus in Vöröskö, Bajmócz, Szent-György et Bazin, iudex curiae regiae, comitatus Posoniensis supremus ac perpetuus comes, arcisque regiae nominis eiusdem supremus aeque ac haereditarius capitanus, sacratissimi principis ac domini domini Caroli Sexti, Dei gratia etc. actualis intimus consilii locumtenentialis regii consiliarius, generalis campi mareschallus, unius regiminis cataphractorum colonellus, partium Cassoviensium per superiorem Hungariam generalis et tabulae septemviralis assessor, egregio Michaëli Csima, comitatus Hevessiensis iudici nobilium, eidemque adiuncto iurato assessori salutem cum favore. Expositum est nobis nomine et in persona egregii magistri Georgii Niczky de eadem, camerae regiae Hungaricae consiliarii, qua tamen causarum regalium per Hungariam directoris et sacrae regni eiusdem coronae fiscalis, qualiter tu pro parte egregii Michaelis Szent-Mártonyi, intuitu redimendarum certarum portionum in possessione Nagy-Bátony ex praedio Lengyeld, comitatibus Heves et Exterioris Szolnok adiacentibus habitarum, contra reverendum Josephum Maly, sacri et exempti ordinis Cisterciensium monasterii Vellehradiensis, nec non de Pilis et Paszto abbatem, pro die duodecima venturi mensis decembris anni currentis infrascripti iudiciarium praefixisses terminum, consequenter dictum abbatem etiam pro eodem termino in praesentiam tui ad dandam rationem non levationis minoris et non liquidationis maioris summae remissionisque portionum praedictarum certificasses; unde ne fors eundem termino in eodem modalitate praevia damnificare velles et nitereris. Quia vero praescriptae portiones tamquam appertinentiae domini Verebeliensis sub commissione neoaquistica fisco regio iudicialiter adiudicatae haberentur, quas una cum reliquis bonis sub evictione fisci regii, adeoque 1738 dec. 12.

dicti exponentis memoratus abbas et per eum conventus de Paszto possideret et neutiquam iure et titulo praenuncupati Michaelis Szent-Mártonyi teneret; similium autem bonorum qualitas per iudicem pedaneum discuti nequiret. Vellet proinde antelatus exponens te a praenotatae causae revisione et simul discussione inhiberi, actoremque in suam competentiam relegari facere, lege regni admittente. Requisitique sumus nomine et in persona praelibati exponentis, debita cum instantia, quatenus eidem de condigno et opportuno inhibitionis remedio providere teque a praescitae causae revisione inhibere vellemus, nec pateremur eundem iustis suis iuribus tam improvise destitui. Cum autem iusta petenti non esset denegandus assensus, et alioquin iurisdictio et facultas super causa iudicandi primum et ante omnia necessarium requisitum foret, iuxta enim titulum decimum quartum Prologi inesset potestas introducta, ut qui non haberent authoritatem et iurisdictionem iudicandi, eorum iudicium vitiosum esset et illicitum; cum et aliunde sensu tituli quinquagesimi secundi partis secundae Tripartiti iudiciorum valor a iurisdictione iudicis dependeret, ast bona sententiis curiae regiae usu privilegiorum redolentibus gubernari solerent, per consequensque causa iuris possessorii sensu Matthiae regis decreti sexti articuli quarti et decimi noni nonnisi per iudices ordinarios discuti posset; et ideo praetensus processus admonitionis locum habere nequiret, ordo enim iuris in nullius favorem sensu articuli decimi Wadislai decreti primi immutari valeret. Sive igitur ordo iuris attendatur, sive vero latae tabularis sententiae et adiudicatoriarum vigor consideretur, suprarecensitus processus subsistere non posset, verum ad tabulare forum reiiciendus veniret. Ac ideo propter manifestam iudicatus incompetentiam iuxta arti-
1715. culum decimum nonum Millesimi septingentesimi decimi quinti inhibitoriis mandatis locus dari et obtemperare deberet. Pro eo tibi harum serie authoritate nostra iudiciaria, qua pleno iure fungimur, firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque sic, uti fertur, stantibus seque habentibus, rationibus denique et motivis ex praedeclaratis, comperto solummodo eo omnino extra iudicialiter, quod dictae portiones memorato exponenti via commissionis neoaquisticae adiudicatae fuerint, a praenotatae causae revisione et discussione illico super-

sedere et huic mandato nostro de plano et simplici obtemperare, partemque actoream, si quid eatenus agere vellet, ad suam competentiam relegare, teque huic commissioni nostrae iudiciariae modis omnibus conformare noveris ac tenearis; nec secus facturus, communi suadente iustitia, praesentibus perlectis exhibentibus restituendo. Datum in libera ac regia civitate Posoniensi, die tertia mensis novembris, anno Domini Millesimo septingentesimo trigesimo octavo. Comes Joannes Pálffy. m. p. (L. S.) Leonardus Palugyay. m. p. 1738. nov. 3.

Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 27. nr. 109.

LXXIII.

Pozsony. 1738. november 26.

Erdődi Pálffy János gróf országbiró meghagyja Imrech József Ignácz szolgabirónak, hogy Mály József pásztói apát kezére visszaszerezze a Nagy- és Kis-Batonyban levő birtokrészeket, melyeket törvénytelenül ítélt oda a bíróság az ellenfélnek.

Comes Joannes Pálffy ab Erdőd perpetuus in Vöröskő, Bajmócz, Szent-György et Bazin, iudex curiae regiae, comitatus Posoniensis supremus ac perpetuus comes, arcisque regiae nominis eiusdem supremus aeque ac haereditarius capitanus, sacratissimi principis ac domini, domini Caroli Sexti, Dei gratia etc. actualis intimus et consilii locumtenentialis regii consiliarius, generalis campi mareschallus, unius regiminis cataphractorum colonellus, partium Cassoviensium per superiorem Hungariam generalis, et tabulae septemviralis assessor, egregio Josepho Ignatio Imrech, comitatus Hevesiensis iudici nobilium ac eidem adiungendo iurato assessori, eodem vero legitime impedito vel vero eodem in officio non constituto, uni ex eiusdem comitatus iudicibus nobilium salutem cum favore. Expositum est nobis nomine et in persona egregii magistri Georgii Niczky de eadem, camerae regiae Hungaricae consiliarii, qua tamen causarum regalium directoris et sacrae regni Hungariae coronae fiscalis, qualiter nimirum tu cum tibi adiuncto suprafati comitatus iurato assessore in anno adhuc Millesimo septingentesimo trigesimo quarto, die vero undecima mensis 1734. okt. 11.

octobris et successive pro parte et ad instantiam egregii Stephani Aranyi, qua reliquorum familiae suae hominum iura sustentantis, contra et adversus admodum reverendum Josephum Máli, sacri et exempti ordinis Cisterciensis monasterii Wellehradiensis, nec non de Pilis et Paszto abbatem, intuitu nonnullarum portionum in possessione Nagy-Batony et praedii Kis-Batony, in praedicto comitatu existentium et situatarum, suarumque appertinentiarum ad liquidationem iuris inibi habiti ac levationem summae, adeoque earundem remissionem iudicialiter procedendo, dum eundem abbatem in tui praesentiam citasses, idem ex eo fundamento, quod praedeclaratas portiones, veluti cum bonis Mátra-Verebeliensibus a fisco regio titulo temporaneo comparatis sub evictione fiscali possederit, ad eundem fiscum regium suum sumpsit recursum, illiusque temporis directorem, egregium nempe Ioannem Reviczky, nunc cancellariae aulico-hungaricae consiliarium ad se evincendum evocari curasset. Cuius intuitu, licet etiam legalis ex incompetentia iudicatus, interposita fuisset exceptio, quod nimirum rationibus et legibus in eodem processu uberius declaratis causa haec ad iudicatum tuum minus pertinuisset: tu nihilominus non tantum huiusmodi exceptionem reiecisses, verum insuper tali tempore, dum antelati exponentis praedecessore ex officio directoratus ad cancellariam Hungaricam promoto, idem officium directoratus vacasset, consequenter repetitus abbas evictore destitutus esset, eundem in amissione praedictarum portionum convicisses, eiusmodique sententiam tuam per eandem portionum executionem effective quoque mancipasses, damno et praeiudicio admodum gravibus et manifestis. Quia vero memoratae portiones tanquam appertinentiae cum bonis Mátra-Verebeliensibus sub commissione neo-aquistica fisco regio iudicialiter adiudicatae haberentur, quas una cum reliquis bonis sub evictione fisci regii, adeoque dicti exponentis idem abbas, et neutiquam iure et titulo suprafati praetensi actoris et suorum cointeressatorum tenuerat, talium autem bonorum qualitas per iudicem pedaneum discuti, et eatenus potissimum vacante directoratus officio iudicium ferri, tantominus illegitime lata sententia executioni mancipari potuerat; et cum per id aperte iuri fisci regii decederet et summe praeiudicaret: ob hoc vellet antelatus exponens praevio modo indebite et illegaliter latam sententiam tuam cassari, abiu-

dicatas, et executione mediante praefatae parti actoreae assignatas portiones suo modo et ordine reexequi facere, lege regni admittente. Requisiti itaque sumus nomine et in persona praelibati exponentis debita cum instantia, quatenus eidem de condigno et opportuno eiusmodi sententiae tuae cassationis et executorum reexecutionis remedio providere tibique de reexequendorum reexecutione gratiose committere dignaremur. Cum autem iusta petenti non esset denegandus assensus, sed nec pateremur quempiam iustis suis iuribus improvise destitui; et alioquin iurisdictio et facultas in causa iudicandi primum et ante omnia necessarium requisitum foret, iuxta enim titulum decimum quartum Prologi ea esset potestas introducta, ut qui non haberent authoritatem et iurisdictionem iudicandi, eorum iudicium vitiosum et subsecuta executio nulla esset; cum et aliunde sensu tituli quadragesimi secundi partis secundae Tripartiti valor a iurisdictione iudicis dependeret ac bona sententiis curiae regiae vim privilegiorum redolentibus gubernari solerent, per consequensque causae iuris possessionarii, ad mentem articuli quarti et decimi noni Matthiae regis decreti sexti, nonnisi per iudices ordinarios regni discuti possint; et ideo praetensus processus admonitorius locum habere nequiret, ordo enim iuris in nullius favorem sensu articuli decimi Vladislai regis decreti primi immutari valeret. Si igitur ordo iuris attendatur, sive vero latae tabularis sententiae et adiudicatoriarum vigor consideretur, idem processus subsistere, minus quaepiam sententia et executio subsequi potuisset; verum de simplici et plano ad forum tabulare talismodi causae discussio omnino reiici deberet et debuisset. Hinc ob manifestam incompetentiam iudicatus iuxta articulum decimum nonum anni Millesimi septingentesimi decimi 1715.
quinti et titulum trigesimum nonum partis secundae lata sententia subsistere nequiret; quinimo quemadmodum sensu conditionis diplomaticae quintae anni Millesimi sexcentesimi vigesimi secundi et 1622.
articuli trigesimi tertii anni Millesimi septingentesimi vigesimi noni, 1729.
aliarumque regni legum legaliter latae sententiae manutenendae: ita etiam illegales cassandae et executa reexequi deberent; mandatis porro regni ordinariorum iudicum obtemperandi rationem articuli duodecimus et decimus tertius anni Millesimi sexcentesimi tri- 1635.
gesimi quinti et alii praescriberent. Pro eo tibi harum serie authori-

tate nostra iudiciaria, qua pleno iure fungimur, similiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque, sicuti praefertur, stantibus seque habentibus, rationibus, legibus et motivis ex praedeclaratis, praedeclarata sententia tua illegali per praesentes cassata existente, eadem portiones suo modo incunctanter reexequi, taliterque manibus praedicti abbatis iure sibi incumbenti possidendas et usuandas assignari facere debeas ac tenearis; communi suadente iustitia, secus non facturus, praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in libera, regiaque civitate Posoniensi, die vigesima sexta mensis novembris, anno
1738. nov. 26. Domini Millesimo septingentesimo trigesimo octavo. Comes Joannes Pálffy. (L. S.)

Papirosra irt eredetije: Magyar orsz. levélt. Act. abb. Paszt. f. 27. nr. 110.

LXXIV.

Dalmata Ferencz kéri az egri püspöki vicariust, hogy Kis-Terennét, vagyis Kis-Verebélyt csatolja mint fiók-egyházat Szent-Kuthoz, legalább a rend tagjainak így szélesebb körű működésök leszen a hitélet terén.

Reverendissime Illustrissime Domine Domine, mihique Patrone Gratiosissime. Cum ex benignissimo eoque abundantissimo sacratissimae maiestatis ac domini domini nostri favore, locus Matro-Velebeliensis (így) cum suis sibique locis et praediis adiunctis regiae nostrae abbatiae desertae Beatae Virginis Mariae in Pasto, mediantibus persaepe instantiis a monasterio nostro Beatae Virginis Mariae in Moravia de Wellehradio suae sacratissimae maiestati positis et praesentatis, gratiose resolutus benigneque collatus sit; locusque, seu fons sacer inibi inter eadem montana Matro-Verebeliensia, copiosis concursibus iisque frequentioribus pro peragenda, et Magnae nostrae Matris devotione, cultu et honore conservanda et augenda ibidem existat: eam ob causam reverendissimus ac amplissimus dominus abbas et pater monasterii mei Wellehradensis, cui semper parere paratus existere debeo, non tantum pro conservatione cultus et honoris Matris nostrae Beatissimae, verum et pro amplianda fidelium devotione ita dispo-

suit et ordinavit, ut in eodem loco sacro, seu tonte sacro omni possibili modo indefectibilique diligentia reexcitandam pietatem et fidelium devotionem, pro cultu clientum sacratissimaeque Matri fideliter devotizantium, per me et confratres meos religiosos, a modo in posterum ad fontem sacrum permansuros et praefatum locum inhabitaturos, conservare conservatamque ampliare studeam; eam ob causam reverendissimam ac illustrissimam amplitudinem vestram clientali, qua par est, devotione praeprimis pro benedictione requiro, humillime requisitam precibus meis devotissimis inclinatam habere cupivi, quatenus loco huic sacro filialem Kis-Terreniensem, Kis-Verebel dictam ecclesiam, cum adiunctis sibi fidelibus Kis-Verebeliensibus curae meae spirituali vel confratrum meorum gratiose concedere et conferre dignaretur, ut animae fideles inibi existentes magis meliusque, quam hactenus cibo pasci possent spirituali; super quae dum gratiosissimam eamque benignissimam praestolaturus resolutionem, persevero reverendissimae ac illustrissimae amplitudinis humillimus cliens pater Franciscus Dalmata, sacri ordinis Cisterciensis de Wellehradio professus, abbatiae Beatae Virginis Mariae in Paszto administrator m. p.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárában. Act. Abb. Pászt. fasc. 28. nr. 73.

LXXV.

Dalmata Ferencz, a pásztói apátság gondviselő földesura, Pásztóról Wellehrádra helyeztetvén, búcsúzik a vármegyétől és bizonyítványt kér tőle tizenhárom éves pásztói működéséről.

Tekéntetes Nemes vármegye! Teljes bizodalmom levén Nagyságtoknak, ugy az tekéntetes nemes egész vármegyének eleitűl fogvást mind eddig is mutatott és érdemetlen szolgácskájához mindenkoron hajlandó és tapasztalt kegyes gratiájában, azért ugyanis onnand bátorkodva ezen alázatos instantiám által merészlettem be jelennem s egyszersmind is Nagyságtoknak, Kegyelmeteknek mindeddig való nagy patronusaimnak mélységes alázatossággal megjelentenem, hogy mivel már superiorim rendeléséből ezen magyar hazámbúl ki kelletik mennem és az superiorim már kiadott parancsolatit követnem, nem tudom pedig, hogy ez uton született

Moravia, Pilis item et Pászto in Hungaria abbatis, sacrae caesareae regiaeque maiestatis consiliarii, ac marchionatus Moraviae praelati primi, per formam solennis protestationis et contradictionis detexerit et significaverit hunc in modum: Qualiter praetitulatus dominus abbas recenter subintellexisset, nonnullos extraneos dominium oppidi Paszto, Hevesiensi comitatui adiacentis, signanter, quod curiam nobilium Csányi in praefato oppido Pászto, exquisitis sub titulis ingredi ac sive perennali, sive hypothecario iure, aut ne fors alio etiam iuris titulo ab actualibus possessoribus, cum protestanteque actuale condominium in praedeclaratis bonis habentibus nonnullas portiones comparare velle. Unde iuribus suis abbatialibus prospectum iri cupiens, tam dictos possessores a venditione, impignoratione et quovis sub exquisito titulo attentanda abalienatione, quam et universos extraneos a quibusvis eatenus celebratis, aut celebrandis contractibus fassionibusque inhiberet, inhibendo protestaretur et contradiceret palam publice et manifeste. Hanc inhibitionem, contradictionem et protestationem praetitulatus dominus abbas extendi vult ad oppida, possessiones et praedia, sicut et ad curias in quocunque comitatu haec existerent, ubi compossessores cum praeattacta abbatia Pasztoviensi haberentur, reservando sibi lege admissam facultatem et ius praeemptionis, prouti protestatus est etiam contradixitque cum praedeclarata extensione et reservatione reservatorum palam publice et manifeste coram nobis. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Vacii, trigesima mensis septembris, anno Domini Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, Martino Francisco Szapancsy praeposito, Francisco Xaverio Lanchas lectore, Francisco Szabo cantore, Nicolao Francisco Jean-roy custode et Francisco Würth archidiacono fratribus et canonicis in praedicta ecclesia existentibus et constitutis. 1746. szept. 30.

Lecta per me, Martinum Szapancsy praepositum.
Pecséttel.
Papirosra irt eredetije: Zirczi apátsági levéltár. Act. abb. Paszt. f. 4. nr. 65.

LXXXV.

Balogh. 1743. nov. 15.

Honth-vármegye gyűlése jelenti, hogy Wlach Róbert, pásztói és szántói jószágkormányzó kiket vallott ügyvédeiül.

Nos universitas praelatorum, baronum, magnatum, nobilium comitatus Honthensis, damus pro memoria significantes, quibus expedit, universis, quod cum nos anno, die, mense locove datarum praesentium nostrarum infrascriptis pro pertractandis et concludendis nonnullis comitatum huncce nostrum summe urgentibus rebus et negotiis in generali congregatione nostra frequenti numero una simul fuissemus constituti et praesentes, eotum admodum reverendus dominus Robertus Vlach administrator abbatiae Pásztoiensis et Szantoiensis, de medio aliorum nostrorum personaliter exurgendo in conspectum, in omnibus suis causis et earundem articulis, tam per ipsum contra alios, quam per alios quospiam contra ipsum in quibuslibet terminis, coram quovis iudice et iustitiario regni, ecclesiastico videlicet et saeculari, a dato praesentium per unius anni curriculum motis vel movendis, perillustres, generosos ac egregios dominos magistrum Georgium Niczky causarumque regalium directorem et sacrae regni Hungariae coronae fiscalem, Josephum Majláth, Matthiam Prsthl et alios in regno iuramento adstrictos praesentium exhibitores fecit, constituit et ordinavit suos veros legitimos ac indubitatos procuratores, ratum, gratum atque firmum se promittendo habiturum, quidquid per dictos procuratores suos veros ac legitimos simul, vel divisim constitutos exhibitores utpote vel exhibitorem praesentium actum, factum vel procuratum fuerit in causis suis universis. Harum nostrarum authentico sigillo nostro vigore et testimonio literarum me-
1743. nov. 15. diante. Datum ex generali congregatione nostra, anno Millesimo septingentesimo quadragesimo tertio, die decima quinta novembris, in possessione Balogh celebrata. (L. S.)

Lecta, correcta et extradata per Josephum Blaskovics iuratum attacti comitatus ordinarium notarium.

Pecséttel.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 4. nr. 52.

LXXXVI.

Zsadány. 1745. július 16.

Hellepronth János esküdt jegyző jelenti, hogy a tanukihallgatást a csécsei rétek lekaszálása ügyében megtartotta s közli a tanuk vallomásait, melyek a pásztói apátságnak adnak igazat.

Infrascriptus inclytae tabulae iudiciariae regiae et ad latus spectabilis ac generosi domini magistri Joannis Terstyánszky de Nádas, excelsi officii palatinalis protonotarii, existens iuratus notarius, fateor et recognosco tenore praesentium: Quod posteaquam vigore gratiosi, excellentissimi ac illustrissimi domini comitis domini regni Hungariae palatini de dato die decima tertia maii anni 1745. máj. 13
infrascripti in libera regiaque civitate Strigoniensi, comitatus nominis eiusdem adiacente habita, ad instantiam admodum reverendi domini Roberthi Vlach, ordinis Cisterciensis, abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pásztó superioris, sub sigillo suae excellentiae iudiciali et authentico patenter confecti et emanati, mihique de nomine et cognomine praeceptorie sonantis et directi mandati praeceptorio-compulsatorialis, per praeattactum dominum magistrum protonotarium iudicialiter exmissus fuissem: ex tunc die decima nona iunii anni Millesimi septingentesimi quadragesimi quinti, in 1745. jún. 19.
oppido Pásztó, inclytis comitatibus Heves et Exteriori Szolnok articulariter unitis adiacente habito, a testibus subinsertis, suo modo sub iuramento examinatis, iuxta manibus meis assignata De eo utri puncta, sequentem resciverim, inquisiverim, expertus fuerim meram, plenam atque omnimodam certitudinis veritatem. Quorum quidem De eo utri punctorum tenor sic sonaret:

De eo utrum?

Primo: Tudja-e, látta-e, vagy hallotta-e a tanú, hogy a midőn e most múlt 1744. esztendőben, július havának harmadik napján Pásztó városában lakos tisztelendő pater Cistercita uraimék nemes Nógrád-vármegyében Csécse nevű helység határában lévő uraság rétinek lekaszálására küldöttek és a kaszások mintegy negyven emberből állók már az rétre mentek volna, akkoron mostani csécsei biró Csizmaja (így) András két esküdttel, úgymint Biró Mátyás és akkori *borbirájok* eleikbe menvén, protestáltak, hogy

ne merészeljék egyszer is a kaszát az rétben vágni, mert ők falustúl nem engedik, fenyegetvén a kaszásokat, hogy a mi rajtok esik, magokkal közöljék?

Secundo: Mikor a réten megállottak a kaszások, látták, hogy a faluból sok ember jön vasvillákkal; és így visszatértek és nem mertek kaszálni, általlátván rossz szándékjokat a csécseieknek, hanem magok a csécseiekkel osztották a rétet és lekaszálták azután, de pater uraimék jobbágyai nem kaszáltak azon formán?

Tertio: Tudja-e a tanú, hogy a csécsei biró sokadmagával az falubúl, midőn már ezek haza mentek volna, elejekben jövén, így, hogy az említett pater uraimék jobbágyin kivűl több falusi lakosok vasvillákkal voltak véle s kik, hányan voltak, ki parancsolatjábúl merészelték ezen hatalmaskodó dolgot és az uraság embereire támadni és azok ki jobbágyai legyenek, a tanú valóságosan nevezze meg?

Quarto: Vallja meg a tanú, hogy Varga György nevű csécsei lakostúl, nem különben másoktul, nevezetesen kitül minémű fenyegető szókat hallott vagy illetlen, azaz halálra igyekező szándékjokat miként vette észre és el voltak-e már előre köztök ezen felzendülések végezve büntetés alatt?

Quinto: Tudja-e a tanú, hogy a csécsei rétet föntnevezett pater uraimék több egész csécsei földesurakkal egyenlő akaratbul felosztották; már két esztendőtűl fogvást kaszáltata kiki a földesurak közűl maga részére; most az idén harmadszor igyekeztek az előbbi szokás szerint megkaszáltatni, ha a csécsei parasztok engedték volna?

Sexto: Hány boglya széna volt azon réten tavalyi esztendőben, vallja meg és többet mit tud, hallott, beszélje meg?

Primus testis providus Stephanus Osvard, in possessione Bárkány, inclyto comitatui Neogradiensi adiacente, degens subditus Rothianus, annorum circiter 45, iuratus examinatus fassus est: Ad primum: Tudja, minthogy Roth úr csécsei ispánjával lévén akkor-
1744. júl. 3. tájban, hogy tisztelendő pater Cistercita uraimék in anno 1744. julius havának harmadik napján az kaszásokat kiküldötték az rétre és ugyan Osvard János Csécsei nevű embertül hallotta, hogy az falu vagy két esküdtet kiküld az kaszásokhoz protestálni az egész falu nevében. Ad secundum, tertium, quartum, quintum et sextum nihil.

Secundus testis providus Laurentius Illés, in possessione Hasznos, inclytis comitatibus Heves et Exteriori Szolnok articulariter unitis adiacente, degens subditus Fáyanus, annorum circiter 50, iuratus, examinatus fassus est: Ad primum: Tudja ezen fatens, minthogy ő is akkoriban ment Csécsére nemzetes Fáy úr részére kaszálni, hogy az elmúlt 1744. esztendőben juliusnak harmadik napján tisztelendő pater Cistercita uraimék kiküldöttek negyven emberből álló kaszásokat az csécsei rétre kaszálni; és már az kaszások az rét közepén voltak, a mikor Csécsérül három ember kiment elejekben: Csizmadia András, Biró Mátyás, az harmadikát nevezni nem tudja, protestálni az egész falu nevében; és hogy még csak az kaszát sem bocsássák bé az fűben, máskép disznóhalállal múlnak ki ez világból, mind ispán, mind barát. Secundo: Tudja ezen tanú, hogy mikor még az rétben az kaszások állottak, az falubúl az sok ember jött vasvillákkal, botokkal és valamennyire megelőzve jött ezen fátens az falusiaktúl; mindazonáltal ez nem interessáltatott az többiekhez, odament az pater Cisterciták kaszásaihoz, intette őket, menjetek el, máskép emberhalál lesz köztetek; a mint el is mentek, jóllehet annakelőtte elosztották az réteket egymás között, és nem is volt pater Cistercita uraimék jobbágyai közül jelen egyik. Ad tertium nihil. Ad quartum: Tudja nyilván, minthogy a csécseiektől hallotta, hogy büntetés alatt volt kiadva az faluban, valaki közülök ellenkező nem lesz az rétnek megkaszáltatása végett; és előre el volt végezve az falusiak közt, tudja az káromkodásokat és halálra igyekező szándékjokat is, ha az rétrül el nem mennek; de kitül, kitül nem estek ezen szók, arra számot nem tartott. Ad quintum: Tudja bizonyosan, hogy egyenlő osztály volt az compossessor urak között az csécsei rétek felől és két esztendő alatt már usuálták is szabadosan, mint pater Cistercita uraimék magok fundussa után való földeket s réteket, úgy az többi uraság is; azonban harmadik esztendőben teljességgel az parasztok nem engedték. Ad sextum: Egyebet nem tud, hanem, az faluban lévén, tudakozódtak tüle az csécseiek, mikor jönnek már az barátok kaszásai? Felelé: Mi végre kérdezi kendtek? mondván, avégre, hogy teljességgel nékiek nem engedjük meg kaszálni azon rétet, mivel vármegye levele is vagyon nálunk és azon kivül két úr is feláll mellettünk az vármegye előtt; ezeket pedig

1744. júl. 3.

Csizmadia András és Biró Mátyás, többen is voltak, de nevezni nem tudja, beszéllették.

Tertius testis providus Joannes Kórós, subditus Szemerejanus Pásztóiensis, inclytis comitatibus Heves et Exteriori Szolnok articulariter unitis adiacentis, annorum circiter 46, iuratus, examinatus fassus est: Ad primum: Jelen volt ezen fátens az több tisztelendő pater Cistercita uraimék kaszásai között, midőn csécsei rétnek lekaszálására mentek volna és még távúl voltak a prato actionato, már is a falubúl három ember kijött elejekben, úgymint Csizmadia András, Biró Mátyás, az harmadikát nem tudja nevezni, protestálni; az mint protestáltak is az egész falu neve alatt; ezek mindazonáltal csak az rétre mentek, azon három ember pedig az faluban ment. De reliquo nihil. Ad secundum: Tudja bizonyosan, hogy mikor az rétre mentek, ott megállapodtak, látták az falubúl egyenkint jönni az embereket; mindazonáltal nem tudják mi végre jöveteleket; hanem egy méne el mellettek, mondá nékiek: Ilyen teremtették! Száll még ma az kalap. Mondák nékie: Azért ne szálljon, hiszen az úr is eljön. De hadd jöjjön; tudja, mely úton jön, de nem tudja, merre megy vissza. És csak tovább méne; ők is látták rossz igyekezeteket az falunak, csak hazafelé indúltak; amint *fel is osztották már akkor az falusiak az egész réteket* s nem is volt az barátok csécsei jobbágyai közűl egy is jelen. Ad tertium: Hallotta az falusiaktúl, hogy az több földesurak hatalmokbúl és parancsolatokbúl tették ezen tilalmazást; tudja azt is, midőn az csécsei biró többedmagával, kiket nevezni nem tud, ezeknek már az rétrül visszamenetelek után vasvillákkal mentek az rétekre, még tudakozák pater Cistercita uraimék kaszásai tőlük: Ugyan hová mentek az vasvillákkal atyánkfiai? Ezek felelének: Boglyázni az rétre; noha az egész réteken megolvasták, nem volt több öt petrenczénél. De reliquo nihil. Ad quartum: Jól emlékezik ezen fátens Varga Györgynek, csécsei lakosnak, az réten kaszáltában szavaira, midőn azt mondotta volna nékiek: Hallja kendtek, ne próbáljon az rétben kaszálni, mert emberhalál lesz! Egy helység meg tud még egy-két ember díjat adni, ha mind marhájok elvesztése alatt is, mégsem engedjük az rétet kaszálni. Hallotta Osvard Istvántúl és Illés Lőrincztül, hogy el volna végezve köztök, senki holnap büntetés alatt maga dolgára ki ne menjen az falubúl, hanem

várjuk az barátok kaszásait; ha idejönnek, mindjárt az harangot félre veressük és fejünk veszteségéig ne engedjük az rétet. Ad quintum: Tudja ezen fátens, minthogy az szekere is volt szénát hordani azon rétről, hogy in anno 1743 szabadosan kaszálta Pásztó [718.]
városa felosztás után, mint fent nevezett pater uraimék saját réteket feliben és harmadszor is feliben akarták, ha az csécsei parasztok megengedték volna. Ad sextum: Egyebet nem tud, hanem mivel fent nevezett pater uraimék jobbágya volt, akkori *törvénybiró* annak okáért ez az gyülésekben sem ment és az többi jobbágyok sem; azon okból Varga György szidalmazta őtet ezek előtt, mondván: Ez az törvénybiró tiszte volna, vigyázni az falu határjára; azért nem törvénybirónak illik az ilyen ember, hanem disznópásztornak. Caeterum nihil.

Quartus testis providus Jacobus Tóth, subditus Szemerejanus Pásztóiensis, inclytis comitatibus Heves et Exteriori Szolnok articulariter unitis adiacentis, annorum circiter 38, iuratus, examinatus fassus est: Ad primum: Jelen volt ezen fátens a több kaszásokkal a csécsei rétnek kaszálása küldésének idején; a mint még az rétre sem értek, már az falubúl expediált három emberre találkoztak, úgymint Csizmadia Andrásra, Biró Mátyásra, az harmadik nevét nem tudja; az kik is mindjárt kezdettek protestálni az egész falu nevében, fejek elvesztések alatt meg nem engedik az kaszálást; másképen, ha erőszakosképen akar kendtek cselekedni, rosszúl járnak. Ac secundum: Midőn már az nevezett rétre értek volna az pászti kaszások, úgy az fátens is köztük lévén, tehát látja, hogy szemenként jönnek az falubúl az emberek és kasza mellett mindegyiknek vasvillája volt; de azok meg nem állapodtak, hanem egy legény a többi közt, ki ott kaszált közel hozzájok, tett ilyan szót: Még ma az fekete lóban jár az vasvilla, minthogy az ispán fekete lovon volt, ha az rétről el nem mentek és az kalap is száll ma. Mindazonáltal tisztelendő pater uraiméknak egy jobbágyokat sem ösmerték köztök; úgy azután tartván ők is, ne talán rossz vége legyen az dolognak, hazafelé indúltak. Ad tertium: Hogy már hazafelé mentek volna, az falun esett keresztülmenések, akkor is látták két-három csapatban is három-négy embereket menni vasvillákkal; tudakozák tőlük, hova mennének: Boglyázni; noha pedig az egész réteken nem volt több talán hat petrenczénél. De caetero

nihil. Ad Quartum: Hallotta, hogy az falusiak közt el volt végezve, hogy ha az fentnevezett pater uraiméknak az kaszásai jönnek, mindjárt félre verjék az harangot és az rétet ne engedjék. Ugyan Varga György nevű csécsei embertül is fülével hallotta mondani, hogy még ma emberhalál lesz ezen a réten, ha el nem mennek; meg tudjuk még mink falustúl egy-két embernek az díját adni, ha mind marhánk elvesztesége alatt is; mások is fenyegették őket, de az fátens nem ismeri, nevezet szerint kik lehettek. Ad Quintum: Jelen volt ezen fátens felosztás után és használta is azon rétet szabadossan, de harmadik esztendőben már az csécsei parasztság nem engedte kaszálni. Ad sextum: Egyebet nem tud, hanem mondották az kaszásoknak úgy az fátensnek is, hogy említeni találták: Majd eljön az Úr is. Hadd jöjjön csak; de nem tudom, hogy megy vissza; vagyon minálunk vármegye levele; és úgy gondolja, hogy Gedey uramat említék; mindazonáltal nem tudja bizonyosan, annak parancsolatja mellett nem engedik az rétet kaszálni; több illetlen szók is voltak, de annyira nem ösmeri az embereket, számot nem tudott reájok tartani.

Quintus testis providus Franciscus Szekeres, subditus Fáyanus Pásztóiensis, inclytis comitatibus Heves et Exteriori Szolnok articulariter unitis adiacentis, annorum circiter 49, iuratus, examinatus fassus est: Ad primum: Ezen fátens is jelen volt az több kaszásokkal együtt, midőn csécsei nevű határban lévő rétre mentek volna; még azon felréthelyre sem mehettek, már három ember az egész falu neve alatt kijött, úgymint Csizmadia András, Biró Mátyás és akkori borbirájok, tilalmazták ezer-ezer forintig az rétnek lekaszálásárúl; másképen, ha nem engedelmeskednek, emberhalál is következik utána. Ad secundum: Mikor már az rétre értek volna, látták apródonkint az faluból jönni, hol egy-két, hol három embereket s kaszákkal, vasvillákkal, fejszékkel; de azok meg nem állapodtak ottan. Ezek mindazonáltal megfélemlének; azután tanácskoztak, mi tévők legyenek; tartottak az veszedelemtül, csak viszszafelé indúltak és már akkor hallották azon réteket az falu között elosztottaknak lenni; nem is ösmerték fentnevezett pater uraiméknak csécsei jobbágyait ezen ellenkezők között. Ad tertium: Midőn hazafelé mentek volna az falun keresztül, még akkor is szám nélkül az csécseiek mentek vasvillákkal, kaszákkal, fejszékkel az rétre;

amint gondolja, voltak talán negyvenen; akkor, mondja az fátens, itt hagyjuk kendteknek az rétet, akármit tegyenek véle, mink kendtekkel hatalmasúl nem ellenkezünk. Akkor felelének: Jobb is, mert ember halál lett volna az vége, hogyha ellenkezett volna kendtek. Akkor hallotta tőlük közönségesen az fátens, hogy Darvas János uram indította volna fel őket. Ad quartum: Vallja hit után az tanú, hogy ezen felzendűlés már el volt végezve köztök üdőnek előtte ily formán, hogy az toronybúl vigyázták, mihelyest valamelyik az kaszáját belevágja az fűben, azonnal verjék félre az harangot és ellenek támadjanak. Azonközben ott kaszált az rét mellett Varga György nevű csécsei ember is, az ki nagy fenyegetéssel, káromlásokkal mind pater uraimékat, úgy az kaszásokat illette, mondván: Ilyen teremtette! Jöjjön ide az a húzóvonó barát; megadjuk mink nekie. És ha ugyancsak tik is nem távoztok az rétrül, emberhalál lesz köztetek; meg tudjuk még mink egy-két embernek a díját adni, ha az marháink utána vesznek is. Több csécsei emberektül is voltak ilyen fenyegetések, de azokat nem ösméri nevezet szerint. Ad quintum: Jól tudja ezen tanú, hogy fentnevezett pater uraiméknak egy esztendőben az város részére kaszálták azon rétet békességesen; és harmadik esztendőben is megkaszálták volna, ha az csécsei parasztság engedte volna. Ad sextum: Egyebet nem tud, hanem, hogy az ispánt fenyegették öléssel mind magát s lovát. Caeterum nihil.

Sextus testis providus Mathiás Bajnóczi, subditus Szemerejanus Pasztóiensis, inclytis comitatibus Heves et Exteriori Szolnok articulariter unitis adiacentis, annorum circiter 52, iuratus, examinatus fassus est: Ad primum, secundum, tertium, quartum, quintum et sextum per omnia conformiter fatetur, prouti testis immediate praecedens; praeterea hoc addit: Hogy azon felzendülések az csécseieknek büntetés alatt lett volna kinek kinek és hogy az közönséges urak parancsolatjábúl lett volna ezen vakmerő hatalmasságok, vallja ezen fátens.

Septimus testis providus Mathias Czeglédi, subditus Szemerejanus Pásztóiensis, inclytis comitatibus Heves et Exteriori Szolnok articulariter unitis adiacentis, annorum circiter 29, iuratus, examinatus fassus est: Ad primum: Vallja ezen fátens, hogy in anno 1744, die tertia iulii, tisztelendő pater Cistercita uraimék nemes 1744. jul. 3.

Nógrád-vármegye Csécse nevű helységének határjában az rétekre küldöttek volna negyven kaszást azon rétnek lekaszálására; azonban még oda sem értek, már is három ember a falu nevével kijött, kiket nevezni nem tud, és tilalmazták őket annak lekaszálásárúl; máskép, ha nem engedelmeskednek, rosszúl járnak. Ad secundum: Hogy az fátens az több kaszásokkal az terminált rétre értek, tanácsot tartván magok között, mi tévők legyenek; rész szerint az veszedelemtűl is féltek, mivel látván sok falkában az falubúl jönni fegyveresen, úgymint vasvillákkal, fejszékkel, kaszákkal az embereket: azért azt végezték, hogy visszatérnének; és ezek között pater uraiméknak jobbágyát egyet sem láttak. Ad tertium: Midőn már hazafelé mentek volna az kaszások, Csécsén esett keresztűl menetelek, elől találkoztak az biróval és többiekkel, az kik mindöszve harminczan lehettek; tudakozták, hová mennének vasvillákkal, mikor petrenczéjek sincsen. Felelének: Volt petrenczénk, de eloszlottak már. De reliquo nihil. Ad quartum: Vallja hiti után ezen fátens, hogy Varga György nevű csécsei lakos fenyegette őket, mondván: Hogy lesz ma az *három csákóju süvegnek gondja;* jobb ha takarodik; meg tudjuk még mink egy ember díját füzetni, ha minden ember egy-egy tehenét eladja is; de reliquo nihil. Ad quintum: Ezen fátens egy esztendőben senki háborgatása nélkül szabadosan kaszált azon terminált réten; harmadikban is kaszált volna, ha az csécsei parasztok megengedték volna. Ad sextum: Egyebet nem tud, hanem hogy az fentnevezett atyám uraimék jobbágya volt akkori törvénybiró; hogy közikben nem hajlott, mondotta Varga György felőle: Az olyan ember nem törvénybirónak, hanem borjúpásztornak illenék; ugy egynémelyektől, melyeket nevezni nem tud, hallotta illetlenségekkel illetni az pater uraimékat ilyformán: Ide jönne az tarka.

Octavus testis providus Joannes Deák, illustrissimi domini Gaspari Bossányi subditus, in oppido Pásztó, inclytis comitatibus Heves et Exteriori Szolnok articulariter unitis adiacente, degens, annorum circiter 45, iuratus, examinatus fassus est: Ad primum, secundum respondet aequaliter testi priori. Ad tertium: Tudja az tanú, hogy midőn az rétről eljöttek, az falun esett keresztülmenések; még akkor is az birót látták többedmagával vasvillákkal, fejszékkel az rét felé menni; de caetero nihil. Ad quartum: Jól

tudja ezen fátens, mivel füleivel hallotta szájából, hogy Varga György irtóztató káromkodásokat vitt véghez, ezen szókra fakadt az többi között: Csak öld meg; hiszen egy ember díját egy falu kevés marha vesztegetésével könnyen lefüzetheti. Ugyan az magok féle emberektül hallotta, hogy az ő felzendüléseknek végezések már időnek előte lett volna; de reliquo nihil. Ad quintum: Emlékezik ezen fátens, hogy egy esztendőben szabadosan, semmi villongás nélkül Pásztó városa kaszálta azon nemes Nógrád vármegyében csécsei határban lévő fentnevezett pater uraimék rétit; és harmadik esztendőben is kaszálták volna, ha az parasztok ellent nem tartottak volna benne. Ad sextum nihil.

Nonus testis providus Martinus Biró Csécsejensis, inclyto comitatui Neograd adiacentis, subditus Platianus annorum circiter 48, iuratus examinatus fassus est: Ad primum et secundum nihil. Ad tertium: Vallja ezen fátens, hogy ő volt azon esztendőben az biró, midőn az pásztiak Csécsére jöttek kaszálni és ő is tilalmazta őket; azután pedig az fátens hamarabb az faluban ment, mint az pászti kaszások; úgy tehát ujabban kifelé indúlt az falubúl, hallván zajt az réten, annak tekintésére; mindazonáltal az fátensnél semmi fegyver nem volt, hanem Plati uram jobbágya, Hényel Albert, törvénybiró parasztfegyverrel, Róth uram jobbágyánál lakván Zellyér Vékony András kaszával, Biró András, az fátens fia és Barkányi János, Róth uram jobbágya, ezek is oda ki valának kaszákkal; de vallja, hogy nem hatalmaskodásra mentek, hanem magok dolgaiknak végbenvitelére; eztet is hitivel bizonyítja, hogyha azon negyven pászti kaszások el nem állottak volna az kaszálástúl, ők is elvégezvén magokban mind egész falu az hatalmasságtúl nem czáfoltak volna; tudja, hogy húsz-harmincz ember is kiment az falubúl, de ezek nem ellenkezésre, hanem magok munkájokra mentek ki, kiket is nevezni nem tudja. Ad quartum, quintum, sextum nihil.

Decimus testis providus Josephus Balogh, subditus patrum Cistercitarum Csécsejensis, inclyto comitatui Neogradiensi adiacentis annorum 52, iuratus, examinatus fassus ext: Ad primum, secundum nihil. Ad tertium: Vallja ezen fátens hiti után, hogy akkori falusi biró, ugyan Biró Márton sokadmagával, úgymint Plati uram jobbágyai Hényel Pál, Varga György, Druk Tamás, Hényel Albert,

Tari Mihály, Varga Mihály, Rigó Pál, Czank Péter; Róth uram jobbágyai: Kis Pál, Harangozó György, Szép János, Forró Miklós, Vékony András; Marsovszky uram jobbágyai: Biró Mátyás, Vékony Lőrincz és zsellérje Tari István; Okolicsányi uram jobbágya Fekete Albert; Fáy Sándor uram jobbágyai: Bacsik Ferencz, Sáfár Mátyás, zsellérje Vécsi Pál; Vattay János uram jobbágya Fekete József; Gedey uram jobbágyai: Fekete István, zsellérje Fekete György; Hankus uram jobbágya Demjénd Mihály és többen is, az kiknek nevei eszemben nem jutnak, kimentek, mind fegyveresen, ki kaszával, ki vasvillával, ki petrenczehordó rudakkal, holott négy-öt petrenczénél az egész réteken több nem volt, mivel csak akkor kezdettek az kaszáláshoz, olyformán, hogyha kaszálni fognak az pater uraimék kaszásai, egyátaljában nem engedik; és még el volt végezve köztök az harangnak félreveretése is; ez az hatalmasság pedig csak önnön magok szabad akaratokbúl volt és nem az uraság parancsolatjábúl. Ad quartum, quintum, sextum nihil.

Undecimus testis providus Petrus Czank subditus Platianus Csécsejensis, inclyto comitatui Neogradiensi adiacentis, annorum circiter 70, iuratus, examinatus fassus est: Ad primum, secundum nihil. Ad tertium: Nem tudja bizonyosan, csak hallotta azután, mivel akkor Lőrinczin volt, de mégis az dolognak végére elérkezett, hogy az pater uraimék kaszásait csupán csak tilalmazni kivánták, Gedey s Róth uram parancsolatjukból; és akkoriban jelen voltak Plati uram jobbágyai, Tari Mihály és Czank István, az fátensnek fia, Okolicsányi uram ispánja Tóth Gergely, Gedey uramé Fekete Albert, Marsovszky uramé Vékony Lőrincz, Róth uramé Forró Miklós, Hankus uramé Demjénd Mihály és majd minden uraság jobbágyai közűl hallott jelen lenni, pater uraimékén kivűl; többet pedig nevezet szerint előszámlálni nem tud azoknál, minthogy menvén az magok munkájokra kaszákkal, azonban az birák meg állitották őket, ezen okbúl, hogy addig megálljanak, meddig az pásztiak el nem takarosznak; ad reliqua nihil.

Duodecimus testis providus Mathias Biró, subditus Marsovszkyanae Csécsejensis, inclyto comitatui Neogradiensi adiacentis, annorum circiter 67, iuratus, examinatus fassus est: Ad primum, secundum nihil. Ad quintum: Ezen fatens volt egyik az három tilalmazók közűl; az másik Biró Márton, az har-

madik Tari Mihály és ő is volt az, ki az csécseieket, melyeket nevezni nem tudja, kik lehettek, menvén magok dolgokban vasvillákkal, kaszákkal, megállította mondván: Megálljatok, hogy takarodjanak el az pásztiak; azonban az akkori falusi birót haza küldötték, félvén az zenebonától az faluban csillapításokra; de hogy viszszajött-e megint többedmagával az pásztiak elejekben, azt nem tudja, mivel hátramaradott az réten az ispánnal és másokkal beszélgetett; ezen tilalmazás magok szabad akaratjokból volt és nem az urak parancsolatjából; mindazonáltal vallja, hogy ha kaszáltak volna is, ők hatalmasúl nem ellenkeztek volna, mivel nem is birtak volna velek; hanem lekaszálása után az fűnek, szénájúl elhordották volna és egyátalján nem engedték volna pater uraiméknak béhordani, hogyha az egész falu elpusztúlt volna is utána: ad reliqua nihil.

Decimus tertius testis providus Martinus Fekécs, inquilinus in oppido Pásztó, inclytis comitatibus Heves et Exteriori Szolnok articulariter unitis adiacente, degens, annorum circiiter 57, iuratus, examinatus fassus est: Ad primum: Jelen volt ezen fátens, midőn in anno 1744. julius havának harmadik napján pater Cistercita uraimék vagy negyven kaszásokat nemes Nógrád-vármegyében Csécse nevű helységnek határjában az rétet kaszálni küldöttek volna és még az praefigált rétre sem értek, már is az falubúl expediált három emberrel összvetalálkoztak, úgymint Csizmadia 1744. jul. 3. András sal és Biró Mátyással, az harmadikát nevezni nem tudja; az kik protestáltak az urok fejekben; de caetero nihil. Ad secundum: Mikor az rétre értek volna, nem mertek kaszálni; féltek, hogy valami szerencsétlenség éri őket; azért csak hazafelé vették útjokat és már akkor az falusiak között el volt azon rét osztva. Caeterum nihil. Ad tertium: Midőn hazafelé mentek volna, az falun esett keresztűlmenetelek; hát már akkor az faluból Biró Mátyás vasvillával jött ki és kérdezte az fátens, hová menne? Mondá: Boglyázni. De caetero nihil. Ad quartum: Mikor még az réten voltak, Varga György közel hozzájok kaszáló, mondotta: Jó, hogy nem kaszált kendtek; mert, ha egy-egy marhánk megbánta volna is, de emberhalál nélkül meg nem készült volna az dolog. Hallotta aztat is, hogy már elvégezve lett volna ezen felzendülés köztök: Nem engedni meg halálig az kaszálást. Caeterum nihil. Ad quintum et sextum nihil.

Super cuius praevio modo per me peractae inquisitionis ac rescitae veritatis in praemissis serie, praesentes meas, manus propriae subscriptione et usualis sigilli mei appressione roboratas, iurium praetitulati ad modum reverendi domini Roberthi Vlach futuram uberioremque eiusdem ad cautelam necessarias extradedi litteras testimoniales. Datum in possessione Zsadány, inclyto comitatui Heves et Exteriori Szolnok articulariter unitis adiacente. Die
1745. jül. 16. decima sexta julii, anno Millesimo septingentesimo quadragesimo quinto. Joannes Hellepronth, inclytae tabulae regiae iudiciariae iuratus notarius. m. p. (L. S.)

Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 21. nr. 22.

LXXXVII.

Eger. 1745. augusztus 9.

Barkóczy Ferencz egri püspök körlevélben tudatja, hogy azon szerzeteseket, a kiknek még nincs iurisdictiójuk, vizsgálat alá veti, mielőtt nekik a jogot a gyóntatásra megadná.

Nos Franciscus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Agriensis e comitibus Barkóczy de Szala, perpetuus in Pálócz inclytorum comitatuum Heves et Exterioris Szolnok supremus ac perpetuus comes, sacrae regiae apostolicae maiestatis status consiliarius, actualis, intimus et excelsae tabulae septemviralis assessor. Dilectis nobis in Christo reverendis ac honorabilibus Fratribus, Praepositis, Abbatibus, Archi et Vicediaconis, Ecclesiarum et Parochiarum Plebanis, Altarium et Capellarum Rectoribus eorundemque vicesgerentibus et Capellanis, cunctis etiam aliis Clericis et Presbyteris tam saecularibus, quam regularibus, ubivis in hac alma dioecesi nostra ac sub iurisdictione spirituali antelati episcopatus nostri Agriensis existentibus et commorantibus salutem in Domino sempiternam et paternam benedictionem.

Ad providum spectat episcopum sua sollicitudine diligenter providere, ut qui curandis animarum langvoribus praeficiendi sunt, sufficienti ad ipsum peritia sint instructi. Experimentum igitur eum facere convenit doctrinae illorum et scientiae, qui tam sublimi munere desiderant insigniri. Nec enim conscientiae suae quieti unquam satis consuluerit, nisi capacitatem illorum ad leges cano-

nicas ruminando. Cum itaque nos, qui commissum nobis populum Deo auspice nuper regendum suscepimus, id quod providi episcopi est, ad nos non minus, quam ad reliquos omnes ecclesiarum Dei praesides pertinere dignoscamus: agendum profecto etiam nobis esse duximus, ut audiendis populorum confessionibus, hac quoque in dioecesi viri necessaria ad idipsum doctrina praediti exponantur. Hac autem in re siquidem, quantum ad regulas spectat, conscientiae nostrae quieti nunquam melius consulturi simus, quam si eos, qui ad exercendum praecipuum hoc sacerdotis munus in posterum admitti volent, de iis, qui isthuc pertinent, in confirmitate legum canonicarum interrogari fecerimus; utpote cum de illis nobis plerumque incognitis et fors ne unquam visis legi conforme iudicium aliter ferre non possimus: eapropter visum est nobis in Domino, eosdem de potestatis nostrae episcopalis plenitudine examini obnoxios declarare, fundantes huiusmodi determinationem nostram in claro textu Tridentini Sessionis vigesimae tertiae, capitis decimi quinti de reformatione decernentis: Nullum etiam regularem posse confessiones saecularium, etiam sacerdotum audire, nisi aut parochiale beneficium, aut ab episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias, idoneus iudicetur et approbationem, quae gratis detur, obtineat. Extat quidem clara constitutio Pii papae quinti in bulla, quae incipit: Romani pontificis providentia de anno Millesimo quingentesimo 1571.
septuagesimo primo octavo idus augusti, et haec etiamnum vigorosa, ut quae per reductionem privilegiorum regularium ad terminos concilii Tridentini a Gregorio decimotertio factam, ita declarante sacra congregatione concilii vicesima octava aprilis Millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, revocata non est; vi cuius episcopus successor eos etiam regulares, qui a praedecessore episcopo iam semel approbati sunt, etiamsi lectores sint, aut in theologia graduati, aut promoti, pro maiori conscientiae suae quiete iterum ad examen vocare permittitur. Ut adeo facultatem huiusmodi, quoad regulares dioecesis nostrae per piae memoriae praedecessorem nostrum approbatos, etiam nobis de plano et pleno attributum esse, certum sit et manifestum: nihilominus, quia quantum ad hos securati conscientiae nostrae per id satis iudicamus consuli, quod a tanto viro, tamque versato in illis, quae ad

munus episcopale pertinent, reputati sint idonei. Ea de causa, cum his in dicto examine dispensandum esse duximus, prouti et dispensamus praesentium per vigorem, ita, ut facultate audiendi confessiones fidelium, qua antehac potiti sunt, et in posterum libere uti possint; declarantes, examini, quod praefertur, eos duntaxat fore obnoxios, quos in dioecesi hac nondum approbatos in futurum isthuc venire contigerit; qui si in civitate hac nostra mansuri vel per eam, aut vicina loca, unde videlicet absque magno incommodo huc divertere possint, transituri sunt semel in curiam nostram. Secus vero, pro maiori suo commodo, coram examinatoribus districtuum mox nominandis praemissum in finem sistere teneantur, approbationem peracto examine omnes in scripto obtenturi. Porro examinatores hos nominare visum fuit; videlicet in districtu Pathensi: parochum, patrem superiorem Societatis Jesu et patrem gvardianum Gyöngyösiensem; in districtu Borsodiensi: parochum et patrem gvardianum Miskolcziensem; in districtu Abaujvariensi parochum Cassoviensem et Sepsiensem, cum rectore magnifico, cancellario et decano theologiae universitatis Cassoviensis; in districtu Saárossiensi: parochos Saárossiensem, Sóváriensem et Eperiessiensem; in districtu Ujhelyiensi: parochum et patrem priorem Ujhelyiensem cum uno ex lectoribus theologiae; in districtu Tokajensi parochum et patrem gvardianum Tokajensem; in districtu Homonnensi: parochum et patrem gvardianum Homonnensem; in Unghvariensi: parochum et patrem superiorem Unghvariensem; ac tandem in partibus Trans-Tibiscanis: pro illis, qui Nagy-Banyae vicini sunt, parochum Nagy-Banyensem, pro aliis vero parochum Szattmariensem, ita tamen, ut hi duo ultimi sibi unum adhuc, seu parochum, seu religiosum adsciscere, et omnes, postquam aliquod huiusmodi examen peractum fuerit, nos fine obtinendae in scripto approbationis, desuper fideliter et conscientiose certiores reddere teneantur. Datum in curia episcopali civitatis nostrae Agriensis, die nona mensis augusti, anno Domini
1745. aug. 9. Millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, Franciscus episcopus Agriensis mp. (L. S.) Ad gratiosum altefatae suae excellentiae mandatum Nicolaus Androvics cancellarius subscripsit mp.

Papirosra írt hiteles másolatban a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 30. nr. 16.

LXXXVIII.

Wellehrád. 1745. deczember 12.

Mály József pásztói apát Barkóczy Ferencz egri püspök előtt kifejti a cziszterczi rend kiváltságait és a rendtagok tanultságát; s ezen kettős alapon kéri, hogy elődei példájára ne követelje a lelkipásztorkodó és gyóntató rendtagoktól a iurisdictionalis vizsgálatot, hanem elégedjék meg azon vizsgálattal, melyet a rendtagok apátjok előtt letesznek.

Reverendissime, illustrissime, excellentissime domine, domine Episcope, patrone gratiose pariter ac venerandissime! Ex communicata a patre Roberto, monasterii mei Wellehradiensis ordinis Cisterciensis professo et sacerdote, pro tempore in abbatia Beatae Mariae Virginis de Paszto superiore a me constituto, sicque inibi vices meas gerente, copia decreti episcopalis mandato suae reverendissimae excellentiae die nona mensis augusti anno Domini 1745. aug. 9.
Millesimo septingentesimo quadragesimo quinto in curia episcopali Agriensi dati intellexeram, qualiter sua reverendissima excellentia pro quietanda sua pastorali conscientia per illud declaraverit, illos regulares in ordine ad consequendam approbationem pro excipiendis in sua dioecesi Agriensi existentium saecularium confessionibus examini fore obnoxios, quos in dioecesi mentionata nondum approbatos in futurum illuc venire contigerit. Si ita est, quod sub hoc decreti episcopalis contento generice quoad regulares sonante ac pro causa motiva allegante id, quod in terminis sequitur: Cum de illis, scilicet regularibus nobis plerumque incognitis et fors nec unquam visis legi conforme iudicium aliter ferre non possimus etc., sua reverendissima excellentia intentionata sit comprehendere etiam meos religiosos Cistercienses pro dicta abbatia Pasztoviensi providenda in futurum mittendos atque pro dioecesi dicta approbandos: illud unicum gratioso ac sapientissimo suae reverendissimae excellentiae iudicio respectu abbatiae mentionatae ponderandum, quod in subsequis exponendum duxi, humiliter defero. Constabit indubie, acta praeteritorum revolvendo, reverendissimo suae reverendissimae excellentiae vicariali officio episcopali in spiritualibus, quod a tempore, quo saepe memorata abbatia Pasztoviensis

regio-apostolica authoritate restituta et iure postliminii ordini Cisterciensi, ac specifice monasterio meo Wellehradensi reincorporata perseverat, per quadraginta circiter octo annos continuos felicis recordationis reverendissimi et excellentissimi praedecessores episcopi Agrienses tum abbatibus de Paszto fiducialiter affecti, tum religiosis Cisterciensibus ab iis ad Paszto directis gratiosi extiterint, illis conferentes approbationem sine praevio ab eis exacto examine, testimonio abbatiali conscientioso de sufficientia doctrinae atque adeo de habilitate eorum assecurati. Hanc etenim ipsam praxim, ut in archi- et dioecesibus Strigoniensi, Pragena, Olomucena etc., ad quas pro cura animarum exercenda aut administrando poenitentiae sacramento mei exponendi veniunt religiosi, respectu monasterii mei in vigore suo in praesens usque permanentem mea meorumque religiosorum quotidiana ferme comprobat experientia, ubi venerandissimi illi ecclesiae rectores de plenitudine potestatis suae episcopalis saepe mentionatis religiosis suas conferre consveverunt approbationes, concredito abbatibus examine, aeque in partem sollicitudinis disciplinae ecclesiasticae conservandae vocatis, non aliud, credo pro causa motiva antelatae praxeos acceptatae habentes, quam fundatam iuris praesumptionem, eam scilicet, quam vi instituti sacri ordinis Cisterciensis caeteroquin a sacra sede apostolica plurimis exemptionum bullis et brevibus apostolicis privilegiatissimi fundant dicti ordinis abbates, qui tamquam immediati suorum religiosorum moderatores aliunde ad rationem suo tempore coram districto Dei iudicio reddendam obligati, optime de sufficientia et habilitate exponendorum suorum religiosorum consulere praesumuntur argumento capitis septimi et octavi de Praesumptione. Huic item fundatae iuris praesumptioni non modicum adfert augmentum ipsa plurimorum summorum pontificum erga ordinem Cisterciensem de ecclesia bene meritum, ac respective monasterium meum Wellehradense privilegiis suis posteritati etiam declarata paterne confidentialis existimatio. Sic enim Innocentius Tertius pontifex maximus pro dicto Wellehradensi monasterio in forma bullae tribuit privilegium, quod incipit *Religiosam vitam eligentibus* etc., vigore cuius monasterium isthoc assumptum fuit in specialem sacrae sedis apostolicae protectionem, ac propterea adscriptum in cathalogum eorundem coenobiorum, quae

immediate subiacent universali ecclesiae Romanae, eiusve capiti visibili, ut expresse videre est in Tamburino de iure abbatum, sub titulo Taxa omnium abbatiarum et monasteriorum totius orbis terrarum, ad exemplar libri sacri collegii, ubi folio quingentesimo sexto in tota Moravia hac gaudere praerogativa recensetur monasterium Wallegradu, seu Wellehradense. Hunc speciali erga monasterium hoc Wellehradense papali permoti fiducia, immitati sunt alii duo summi pontifices, nimirum Innocentius Quartus et Alexander Quartus. Quorum omnium bullas in authentico originali meum reservat archivium. Insuper adest eiusdem Innocentii pontificis maximi privilegium, quod incipit *Thesauro virtutum* etc., quo dilaudatur vigilantia superiorum ordinis Cisterciensis, per quam vitiorum spinae succresci non sinuntur, sed flores honoris et fructus honestatis iugiter progignuntur; ulterius recensens, propter hanc superiorum vigilantiam ordinem dictum nunquam indiguisse aliena visitatione vel correctione, quinimo alios ordines per hunc fuisse visitatos et reformatos; quare in continenti asseritur, ordinem Cisterciensem esse aliis rectae vitae speculum et salutiferae conversationis exemplum; et demum concluditur, ut idem sacer ordo a nemine alio, quam ab eiusdem ordinis dumtaxat abbatibus, vel aliis idoneis religiosis, ad hoc per abbates specialiter deputatis visitari aut corrigi possit; declarando factum in contrarium, sicut et censuras compulsivas esse irritas. Idem ipse denuo summus pontifex in privilegio suo, quod incipit *Meritis vestrae sacrae religionis* etc. tanta erga superiores ordinis praefati utitur confidentia, ut iis respectu suorum sibi subordinatorum religiosorum ordinandorum deferat scrutinium in ordine faciendum; ita horum omnium originalia usque in praesens hic asservata testantur. Inter hos pariter se legenda offert amplitudo privilegii Innocentii Octavi incipientis *Ad Romani pontificis* etc. in bullario Romano, tomo primo, constitutione quarta reperibilis, quo expressis per extensum terminis decernitur sacri ordinis Cisterciensis perpetua prorsus exemptio et ab omni iurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio et potestate archi-episcoporum, episcoporum et aliorum iudicum ordinariorum etc. totalis eliberatio. Super quod atque alia saepememorato ordini Cisterciensi authoritate apostolica, et quidem titulo remuneratorio concessa privilegia, deductiones

quasdam pater Raphaël Köndig in suo Elencho Privilegiorum annotavit, praecipue a pagina septingentesima sexagesima sexta et sequentibus reperiendas. His tandem in concernentibus monasterium Wellehradense mihi concreditum, accedit, quod conformiter ad sancitae sacrae synodus Tridentinae sessione quinta de Reformis, capite primo, meis tribuatur religiosis campus se continuo qualificandi tum in studio publico archi-episcopalis collegii Pragensis ad Sanctum Adalbertum, cui successive complures praefuisse philosophiae et theologiae professores ex meo monasterio assumpti numerantur, imo illud studium actualem rectorem collegii Bernardaei sibi incorporatum vendicat patrem Matthiam professum Wellehradensem; tum in monasterio meo scientiis philosophiae et theologiae et sacrorum canonum operam navantes; de quorum sic se habentia verax testimonium a reverendis patribus Franciscanis provinciae Salvatorianae, qui quondam in conventus sui Hradistiensis, monasterio meo vicini, studio eorum generali theologico tamquam lectores designati, ad omnes ferme dissertationes scholasticas tam publicas, quam mensiles pro argumentando solito invitati comparuerunt, requirendum aderit. Ut propterea suae reverendissimae excellentiae curia episcopalis certitudine morali de habilitate et sufficientia doctrinae meorum et expositorum et exponendorum pro cura animarum, aut administrando poenitentiae sacramento religiosorum, ac de eorundem praevio semper, eoque rigoroso ac diuturno examinis domestici instituto tentamine assecurata, meo testimonio abbatiali conscientioso plenam ut supra relati, in futurum deferre queat fidem atque fiduciam. Qua de causa ad suam reverendissimam excellentiam haec mea humilis dirigitur supplicatio, quatenus ob supra relata fiduciae habendae motiva meos religiosos, tam praesentes in abbatia Pasztoviensi morantes, quam futuros illuc dirigendos, quos de habilitate et doctrinae sufficientia suae reverendissimae excellentiae praesenti scripto, ut cognitos, adferendum aequitati legis conforme iudicium repraesento, sua ulteriori episcopali alta gratia fovere, mihi vero et successoribus meis abbatibus, atque monasterio meo confidentiali sua inclinata discretione, qua rigori iuris aequitatem et honestatem anteferendam conditionate innuit citata in decreto episcopali Agriensi altefato constitutio Tridentina sessionis vigesimae

tertiae de Reformis, caput decimum quintum, in verbis *Si ita illis videbitur, aut alias idoneus iudicetur.* Quod ipsum Wigandus illustratus casibus in suo quod intitulatur opere *Tribunal confessariorum* etc. a pluribus dioecesanis in praxim fuisse assumptum, tractatu prooemiali, numero quarto talibus refert: Alii sunt ordinarii aut generales vicarii, qui sacerdotes regulares, nullo etiam gradu insignitos, modo offerant vel mittant authenticam superiorum attestationem de idoneitate domi per rigorosum examen explorata, ad confessionum audientiam admittunt; aliquando etiam absentes per litteras rogati; favere gratiose dignaretur id, quod conscientiale meum caeterorumque meorum successorum abbatum dandum testimonium de meis in futurum ad dioecesim Agriensem dirigendis religiosis assecurabit. Quod dum mihi et meis sucessoribus abbatibus gratioso, eoque securo fiduciali affectu episcopali placidandum praestolor, me in confidentiales episcopalium gratiarum propensiones devinctissime recommendans, persevero. Suae reverendissimae excellentiae Wellehradii die decima secunda decembris, anno Millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, obse- 1715. decz. 12.
quiosissimus servus Josephus abbas Wellehradiensis in Moravia, Pasztoviensis et Pilisiensis in regno Hungariae. m. p.

Papirosra irt hiteles másolatban: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 30. nr. 17.

LXXXIX.

Vácz. 1746. február 24.

A váczi káptalan jelenti, hogy Eszterházy József országbiró parancsára a pásztói apátságra vonatkozó s a káptalannál levő okiratok közül a Csontfalváról szólót hiteles másolatban kiadta.

Nos capitulum cathedralis ecclesiae Vaciensis memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod nos gratiosas excellentissimi ac illustrissimi domini comitis, domini Josephi Eszterházy de Galantha, iudicis curiae regiae literas requisitorias pro parte illustrissimi domini Josephi Maly, sacri et exempti ordinis Cisterciensis regii monasterii Beatae Mariae Virginis de Wellehrad in Moravia, de Pilis et Paszto vero

in Hungaria abbatis, sacrae caesareae regiaeque maiestatis consiliarii clause confectas ac sub sigillo eiusdem excellentissimi domini iudicis curiae regiae iudiciali et authentico apud prothonotarium suum habito emanatas, nobisque praeceptorie sonantes et directas receperimus in haec verba: Comes Josephus Eszterházy de Galantha perpetuus in Frakno, iudex curiae regiae sacrae caesareo-regiae maiestatis, dominae, dominae Mariae Theresiae Dei gratia etc. camerarius atque actualis intimus, una et consilii regii locumtenentialis Hungarici consiliarius, generalis campi marschallus, colonellus, tabulae septem-viralis assessor, comitatus Comaromiensis supremus comes et partium regni Hungariae Trans-Danubianarum commendans generalis, amicis suis reverendis, honorabilibus capitulo cathedralis ecclesiae Vaciensis salutem et amicitiam paratam cum honore. Expositum est nobis nomine et in persona reverendi ac honorabilis patris Josephi Maly, sacri et exempti ordinis Cisterciensis regii monasterii Beatae Mariae Virginis de Wellehrad in Moravia, de Pilis et Paszto in Hungaria abbatis, sacrae caesareo-regiae maiestatis consiliarii, qualiter idem exponens paribus universarum literarum, utpote fassionalium, perennalium scilicet et pignoratitiarum, inscriptionalium, assecuratoriarum, emptionalium, venditionalium, consensualium, concambialium, contractualium, exemptionalium, obligatoriarum, contradictoriarum, testamentalium, quietantionalium, inquisitionalium, absolutionalium, protestatoriarum, prohibitoriarum, inhibitoriarum, tutelarium, confirmationalium, iuramentalium, attestatoriarum, adiudicatoriarum, sententionalium, metalium ac super eadem metali reambulatione relatoriarum, comissionalium, exmissionalium, transactionalium, expeditoriarum, revisionalium, donationalium, introductoriarum, statutoriarum, restatutoriarum, evocatoriarum universarum superinde relatoriarum et testimonialium, ac aliarum quarumlibet privilegialium, causalium et processualium tam scilicet vestrarum, quam aliarum personarum authenticarum, factum videlicet et negotium universorum bonorum et iurium possessionariorum et negotiorum sive ipsius exponentis, sive vero alterius etiam cuiuscunque, ubilibet in regno Hungariae existentium, habitorum, tangentium et concernentium, quandocunque et quomodocunque et sub quibuscunque verborum formis emanatarum ac in sacristia, seu conservatorio et prothocollo, interque frag-

menta et signaturas literarum vestrarum more solito repositarum ac locatarum, atque coram vobis per eundem exponentem vel hominem eiusdem uberius declarandarum ad praesens, pro iurium suorum tuitione et defensione plurimum indigeret, essentque eidem necessaria. Ob hoc requisiti sumus nomine et in persona memorati exponentis debita cum instantia humillime, quatenus eidem in praemissis condigne providere, vobisque super extradatione praescriptarum literarum committere et mandare vellemus, nec pateremur eundem iustis suis iuribus improvise destitui. Cum autem iusta petenti non esset denegandus assensus, pariaque eiusmodi literarum et literalium instrumentorum e locis authenticis et credibilibus ad mandata ordinariorum ac superiorum regni iudicum partibus interessatis commode extradari soleant, atque debeant: pro eo amicitiam vestram harum serie hortamur et requirimus, ac nihilominus authoritate nostra iudiciaria, qua pleno iure fungimur, vobis firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, praescriptas universas et quaslibet literas et literalia instrumenta, modo quo supra recensita ac per eundem exponentem, vel hominem eiusdem coram declaranda, factum, ut praemissum est, universorum bonorum et iurium possessionariorum et negotiorum dicti exponentis, sive vero etiam aliorum tangentia et concernentia, quandocunque ac ubicunque, qualitercunque et sub quibuscunque verborum formis confectas et emanatas in dictis sacristia seu conservatorio et prothocollo, ac inter fragmenta et signaturas literarum vestrarum diligenter requiri et reinveniri facere, requisitarumque et reinventari tenorem et continentias in transumpto aliarum literarum vestrarum, modo et forma in articulo quadragesimo secundo anni Millesimi septingentesimi vigesimi tertii expressa, sub sigillo vestro capitulari authentico, eidem exponenti iurium eiusdem futuram uberiorem ad cautelam necessarias extradare debeatis et teneamini, communi suadente iustitia, secus non facturi. Datum in libera regiaque civitate Pesthiensi, die vigesima quinta mensis septembris anno Domini Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto. Quarum gratiosis tenoribus et praeceptoriae commissioni nosmet per omnia, uti semper tenemur, accommodare volentes, universas eiusmodi literas per exponentem daclaratas, signanter quidem cer-

1723.

1746. sept. 25.

1715. tas fassionales adhuc in anno Millesimo septingentesimo decimo quinto, egregiorum et nobilium Andreae Siraky et Francisci Rákóczy, tam suis, quam et reliquorum familiae Siraky, et Aranyi hominum nominibus, intuitu praedii Csontfalva pro patribus ordinis Cisterciensium abbatiae Beatae Virginis Mariae de Paszto factas, inter acta et fragmenta temporis illius, adeoque inter minutas conceptuum notarialium manu propria notarii capitularis appositas exquiri et reinveniri fecimus, quarum verbalis tenor sonaret hunc in modum.[1] Requisitarum itaque et reinventarum tenorem et continentias de verbo ad verbum insertum in transumpto praesentium literarum nostrarum modo et forma in articulo quadragesimo
1723. secundo anni Millesimi septingentesimi vigesimi tertii expressa, sub sigillo nostro capitulari usitato et authentico memorato exponenti iurium eiusdem futuram uberioremque ad cautelam necessarias extradandas esse duximus et concedendas, communi suadente iustitia. Datum Vacii, die vigesima quarta mensis februarii, anno
1746. febr. 24. Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto. Martino Francisco Szapancsy praeposito, Francisco Xaverio Lauchas lectore, Francisco Kaló cantore, Nicolao Francisco Jean-ray custode et Francisco Würth archidiacono fratribus in dicta ecclesia existentibus et constitutis. (L. S.) Lecta in capitulo per me Franciscum Xaverium Lauchas episcopum, lectorem et canonicum.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 24. nr. 35.

XC.

Eger. 1746.

Az egri káptalan jelenti, hogy Kasza Judith Nádasd pusztán levő birtokrészét a pásztói apátság részére örökbe vallja.

Nos capitulum cathedralis ecclesiae Agriensis memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod nobilis Juditha Kasza, Michaëlis Vargha consors, die emanationis praesentium nostrum personaliter veniens in conspec-

[1] Most következik az 1715. júl. 4. keletű oklevél. Lásd ezen kötetben: XXXVIII. okl.

tum, maturaque prius et bene exacta intra se animi sui deliberatione superinde praehabita, sponte et libere, vivaeque vocis suae oraculo fassa sit, quam eiusmodi fassionem suam latino idiomate conſectam ac in stylum redactam, per nos tamen lingua vernacula interpretatam, explanatam ac explicatam nobis scripto ad authenticandum exhibuit et praesentavit tenoris sequentis: Ego nobilis Juditha Kasza, Michaëlis Varga consors, assumptis in me, filiorum, haeredum et successorum, nec non quorumlibet fratrum, consanguineorum et aliorum quorumlibet, quos praesens negotium nunc, vel in futurum qualicunque ratione tangeret et concerneret, tangereve vel concernere posset, oneribus vel gravaminibus, sed et sponte, benevole ac matura prius propriae voluntatis deliberatione praehabita, fateor et recognosco, qualiter ego cursu rerum humanarum considerato atque salutis etiam aeternae ducta ad hanc consequendam nihil pretiosius praestari posse pensitabam, quam ut his, per quos veri Dei cultus promoveri consvevit, de meliori subsistentia provideatur, exindeque ex rebus transitoriis aeternus in coelis thesaurus procuretur. Tum igitur ideo, tum vero ex eo, quod ante revolutionem aliquot annorum tertiam partem praedii Nádasd in comitatu Neogradiensi ac vicinitate fluvii Zagyva, inter praedia Csontfalva et Tepke situati, iure pignoris abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pasztó, comitatui Hevesiensi adiacenti, consequenter sacro et exempto ordini Cisterciensi sub titulo praedictae abbatiae militanti inscripserim, et nunc etiam idem praedium iure eodem possideat, possidendumque pluribus annis haberet; tandem etiam ex amore et veneratione, qua erga antelatum sacrum ordinem in salute animarum zelantem feror, operosa eiusdem ordinis merita in debitam considerationem sumendo, praecipue cum illud ipsum praedium Nádasd per praescriptum sacrum ordinem antiquitus possessum perhibetur; insuper etiam sterilitatem temporum considerando, atque ideo me extra spem remunerandae summae infranotatae videndo, totalem portionem meam in suprafato praedio Nádasd habitam, ac post dilectissimum genitorem meum Georgium Kasza in me iure successionis devolutam, aut fors aliam adhuc quantamcunque devolvi debentem, quae me qualicunque tandem modo concernet aut concernere posset, cum universis beneficiis et pertinentiarum integritatibus, quovis nominis

vocabulo vocitatis, totum illud et omne ius meum, quod in et ad praeattactum praedium Nádasd nunc haberem, aut in futurum habere possem in titulatum sacrum ordinem Cisterciensem, adeoque ipsam abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pásztó, utpote eiusdem ordinis eiusque actualem abbatem, reverendissimum dominum Josephum Maly successoresque eiusdem perennaliter transfero, transderivo eidemque cedo et vendo extra priorem summam pignoratitiam in florenis Rhenensibus quadringentis quinquaginta, et triginta cubulis tritici, singulum a sex Marianis computando, nihil iuris, proprietatis et dominii pro me haeredibusque, successoribus et aliis praescriptis meis reservando, sed totum et omne ius meum totamque iuris et dominii in praememorato praedio Nádasd me concernentis aut concernere valentis proprietatem in praetitulatum reverendissimum dominum abbatem et venerabilem abbatiam Pasztoviensem praememorati ordinis, ad liberam eiusdem dispositionem transfero et transderivo, in perpetuum pleno iure et cum effectu, 'prout etiam dedi, vendidi et per manus consignavi. Contradictione, inhibitione, revocatione et aliis quibuslibet iuris remediis et beneficiis pro me et meis praescriptis, tanquam vigore praesentium praescissis, nullo unquam tempore deservire valentibus. Assumendo nihilominus in me et meos praescriptos in casum alicuius legalis impetitionis, vel maxime consanguineorum meorum propriis fatigiis et expensis praestandam evictionem legalem, vi cuius in vendita a me portione totiesfatam abbatiam dum et quando conservare, defendereque tenebor ac obligabor. Quodsi vero evincere nollem, aut quacunque ex ratione non valerem, tali in casu, ultra consveta evictionis onera etiam expensarum refusioni ego et praescripti mei obligabimur coram quocunque iudice inclyti comitatus desumendarum. Super quibus coram venerabili capitulo hanc perennalem fassionem facio. Super qua modo praevio celebrata, ac nobis, ut praemissum est, scripto ad authenticandum exhibita et praesentata fassione perennali praesentes literas nostras testimoniales, sigilli nostri capitularis usitati et authentici munimine roboratas, iurium praenotati sacri ordinis Cisterciensis futuram ad cautelam deservituras extradandas esse duximus et concedendas, communi svadente iustitia. Datum Agriae feria tertia proxima post dominicam quartam Quadragesimae.

Anno a partu Virginis Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto. Joanne Kiss praeposito maiore, Georgio Foglár lectore, Andrea Püspöky cantore, Joanne Komáromy custode, Josepho Wagner cathedrali, Alexandro Mariassy Beatae Virginis Mariae, Sigismundo Antonio Stoika Sancti Petri praepositis de castro Agriensi, Daniele Kilián Sárosiensi de Tarczafeő archidiacono, Francisco Deák, Matthia Huber, Michaële Ambrosovszky et Joanne Gusztinyi canonicis magistris in ecclesia Deo iugiter famulantibus. (L. S.) Lecta in capitulo per me Georgium Foglár. 1746. március 15.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 18. nr. 69.

XCI.

Csécse. 1746. junius 11.

Wlach Róbért pásztói rendházi elüljáró kérésére tanukihallgatást tartanak a Darvas János két házhelyével kapcsolatos fű kimérése dolgában.

Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, die undecima mensis iunii sub consessu iudiciario pro parte et ad requisitionem reverendi domini patris Roberti Vlach sacri ordinis Cisterciensis, Beatae Mariae Virginis abbatiae de Pásztó superioris, penes porrecta nobis De eo utri puncta talem peregimus inquisitionem: 1746. jún. 11.

De Eo Utrum?

Primo. Tudja-e a tanú, hogy ezelőtt öt esztendővel, midőn a rétet osztani akarták, a faluban előre semmi gyülekezet, avagy rendelés és feltett szándékok a lakosok között nem volt, hogy Darvas János uram *két pusztaház helyére füvet ne mérjenek;* hanem mikor az *osztáshoz fogtak volna a rétben*, kezdettek szót tenni, hogyha Darvas János uramnak a pusztaház helyére kiadják a rétet, a többire is adassék ki?

Secundo. Tudja-e a tanú, hogy Darvas János uramnak öt házhely után az rétet kiadták és ő kigyelme falusiak osztálya szerént kikaszáltatta?

Tertio. Tudja-e a tanú, hogy bizonyos rétje azon puszta házaknak nem volt; hanem azmint az *osztály hozta, hol itt, hol*

amott jutott és így ki kaszálta le Darvas János uram rétit nevezetesen?

Quarto. Tudja-e a tanú, hogy Darvas János uramnak azon osztályban semmi kárára nem igyekezett az helység, minthogy a több földes uraknak sem adták ki az puszta házhelyekre, sőt sokszor Darvas János uramot segítették kész szénával, és néha szekérrel is küldöttek?

Primus testis Mathias Biró, perillustris ac generosi domini Joannis Imrei in possessione Csécse commorans subditus, annorum circiter 75, iuratus examinatus fatetur, ad primum: Tudja a tanú, vallja is, hogy ezelőtt öt esztendővel, midőn *a rétet osztani* akarták a faluban, semmi gyülekezet avagy rendelés és feltett szándékok a lakosok között nem volt, hogy Darvas János uram *két puszta házhelyére füvet ne mérjenek;* hanem mikor *az osztáshoz fogtak volna a rétben*, kezdettek szót tenni, hogyha Darvas János uramnak a puszta házhelyére ki adják a rétet, a többire is adassék ki. Ad secundum: Tudja s vallja a tanú, jelen lévén, hogy Darvas János uramnak öt házhely után a rétet kiadták, és ő kigyelme a *falusiak osztálya szerént* le is kaszáltatta; ad tertium: Vallja a fatens, hogy bizonyos réte azon puszta házaknak nem volt, hanem azmint *az osztály hozta*, hol itt, hol amott jutott; maga kaszáltatta le Darvas János uram kivánt rétit; ad quartum: Vallja, hogy Darvas János uramnak azon osztályban semmi kárára nem igyekezett az helység, minthogy az több földes uraknak sem adták ki a puszta házhelyekre; sőt sokszor Darvas János uramot segítették kész szénával, hol egy, hogy fél öllel, és néha szekérrel is küldöttek.

Secundus testis Andreas Borik, perillustris ac generosi domini Alexandri Plati ibidem commorans subditus, annorum circiter 49, iuratus examinatus fatetur, ad primum: Minthogy akkor jobbágy a fatens nem volt, nem is avatkozott az falu dolgaiban, az Deo eo utrum punctumira semmit sem tud mondani.

Tertius testis Joannes Varga, eiusdem et ibidem commorans subditus, annorum circiter 70, iuratus examinatus, fatetur, ad primum et reliqua De eo utri puncta directissime fatetur.

Quartus testis Adalbertus Hinyel, eiusdem et ibidem commorans subditus, annorum circiter 60, iuratus examinatus, fatetur

ad primum et reliqua De eo utri puncta directe, uti praecedentes testes.

Quintus testis Paulus Rigó, eiusdem et ibidem commorans subditus, annorum circiter 50, iuratus examinatus fatetur ad primum et reliqua De eo utri puncta directissimi fatetur.

Sextus testis Josephus Balogh, reverendorum patrum Cisterciensium ibidem commorans subditus, annorum circiter 54, iuratus examinatus fatetur ad primum et reliqua De eo utri puncta directe, uti praecedentes testes. Actum anno, die, mense locoque, quibus supra, per procedentes iudices.

Papirosra írt másolatban: Zirczi apáts. levéltárban. Act. abb. Paszt. fasc. 21. nr. 30.

XCII.

Losoncz. 1746. junius 20.

Nógrád-vármegye közgyűlése jelenti, hogy Wlach Róbert, a pásztói rendház elüljárója előtte tiltakozott a csécsei rétek felosztása ellen.

Nos universitas dominorum praelatorum, baronum, magnatum et nobilium comitatus Neogradiensis damus pro memoria, tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod cum nos anno, die, locove datarum praesentium, pro pertractandis concludendisque comitatum huncce nostrum summe tangentibus et concernentibus rebus ac negotiis in generali congregatione nostra simul ac una constituti fuissemus et praesentes, eotum admodum reverendus pater Robertus Wlach, qua abbatiae Beatae Mariae Virginis de Paszto superior, talem, uti sequitur, in scriptum redactam exhibuit fecitque coram nobis protestationem: Admodum reverendus pater Robertus Vlach, qua abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pászto superior, coram universitate comitatus Neogradiensis cum protestatoria cautela declarat, quod licet quidem ratione possessionis Csécse divisionalis processus contra reliquos dominos compossessores inchoatus iam haberetur, quo mediante una cum fundis universa beneficia territorialia in proportionatam aequalitatem summi debuissent; quia nihilominus continuatio eiusdem processus in dilationem sumpta esset, ob quam in statu confuso dominos com- 1746 jún. 20.

possessores manere accideret. Interea si fors prata iuxta hactenus introductum abusum dividerentur, et ideo, si praedicta abbatia in possessione sua quempiam defectum eatenus emersurum pateretur, taliterque subditos in praeiudiciosam quandam falcaturam necessitate adurgente semet ne fors imminere contingeret: eapropter antelatus protestans pater superior iuribus abbatiae attactae omnimode prospicere volens, eiusmodi accommodationi, seu sequestrationi pratorum fors fiendae solenniter contradicit ac protestatur, talesque inhibet; ac ut ne huiusmodi sequestratio pratorum, sive vero attentanda subiectorum suorum falcatura iuribus suis quoquo modo praeiudicet, ac aut per quemcunque in consequentiam trahatur, debitam nunc pro tunc interponeret cautionem, reservando processuali modalitate eatenus invigilandi facultatem, petendo testimoniales desuper extradari. Unde nos super praevia admodum reverendi patris Roberti Vlach, abbatiae Beatae Mariae Virginis superioris, coram nobis facta protestatione praesentes literas nostras testimoniales sub authentico comitatus nostri sigillo extradandas esse duximus et concedendas; prouti extradedimus et concessimus, communi suadente iustitia. Datum ex generali congregatione nostra die vigesima
1746. jún. 20. mensis iunii, anno Millesimo septingentesimo quadregesimo sexto, in oppido Lossoncz celebrata. (L. S.) Extradatum per Josephum Darvas de Nagyrét, praefati comitatus iuratum ordinarium notarium.

Papirosra irt eredetije: Ziczi ap. levt. Act. abb. Past. fasc. 21. nr. 32.

XCIII.

Pozsony. 1746. augusztus 17.

Pálffy János nádor, Mály József pásztói apát kérésére, Jeszenszky Mihály nógrád-vármegyei szolgabirónak meghagyja, hogy Csontfalva ügyében az apátság ellenében a további birói eljárást szüntesse be.

Comes Joannes Pálffy ab Erdőd perpetuus in Vöröskő, Bajmócz, Szent-György et Bozin, regni Hungariae palatinus, iudex Cumanorum, aurei velleris eques, comitatuum Posoniensis perpetuus, Pesth-Pilis vero et Solth supremus comes, arcis regiae Poso-

niensis supremus aeque ac haereditarius capitanus, sacrae caesareo-regiae maiestatis dominae, dominae Mariae Theresiae, Dei gratia etc. actualis intimus consiliarius, generalis campi mareschallus, unius regiminis cataphractorum colonellus, consilii locumtenentialis regii ac tabulae septem-viralis praeses, armorum regiorum per Hungariam supremus praefectus, Partium Cassaviensium per superiorem Hungariam generalis, nec non per dictum regnum Hungariae locumtenens regius, egregio Michaeli Jeszensky, comitatus Neogradiensis iudici nobilium salutem cum favore. Expositum est nobis nomine et in persona reverendi domini Josephi Maly, sacri ordinis Cicterciensis monasterii Wellehradiensis in Moravia, ac de Pilis et Pásztó in Hungaria abbatis, qualiter tu pro parte egregii Stephani Aranyi ex fundamento peractae cum minoris onere admonitionis ad remittendum praedium Csontfalva, in praefato comitatu Neogradiensi situatum, exponenti iuidiciarium pro die vigesima secunda mensis augusti anni currentis praefixisses terminum; quo 1746. adveniente, tu ne fors ad ulteriora procedere exponentemque in iuribus suis damnificare velles et nitereris. Quia vero annotatus exponens abbas praementionatum praedium ad praedictam abbatiam suam iure perennali per authenticas instrumentales fassiones possideret, veluti ex remonstrandis eatenus habitis iuribus suis apparebit; vellet itaque memoratus exponens ratione ex praevia te in iudicatu ulteriorique ne fors attentando processu simpliciter inhiberi facere, lege regni admittente. Supplicatum proinde exstitit nobis nomine et in persona praelibati exponentis debita cum instantia humillime, quatenus eidem in praemissis de condigno inhibitionis mandati remedio providere sibique eatenus gratiose mandare dignaremur, nec pateremur eundem iustis suis iuribus inprovise destitui. Cum autem iusta petenti non esset denegandus assensus et alioquin ad mentem tituli sexagesimi et sexagesimi primi partis primae Tripartiti, nec non articuli vigesimi tertii ad annum Millesimum sexcentesimum decimum tertium proprietatum 1613. discussio foro pedaneo neutiquam competeret; tanto magis, quod de dictamine articuli decimi quarti anni Millesimi sexcentesimi decimi 1614. octavi nec ad productionem iurium partes cogi valeant; ac ex praescripto etiam articuli decimi noni anni Millesimi septingente- 1715. simi decimi quinti mandati inhibitorii in evidenti iudicatus incom-

petentia fundatis inferiores iudices obtemperare teneantur; quemadmodum itaque legitimos iuris processus manutenere, ita illegitimos tollere, nostrae competeret authoritati: pro eo tibi harum serie firmiter praecipientes, gratiose committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque sicuti praefertur stantibus seque habentibus, comperto eo, ac coram te omnino extra iudicialiter remonstratis authenticis instrumentis perennalitatem in se involventibus, illico a iudicatu, consequenter ab ulteriori processu supersedere et huic mandato nostro, absque ulla ad forum contradictorium relegatione simpliciter obtemperare debeas ac tenearis, communi suadente iustitia; nec secus facturus; praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in libera regiaque civitate Poso-
1746. aug. 17. niensi, die decima septima mensis augusti, anno Domini Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto. Comes Joannes Pálffy m. p. (L. S.)

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. abb. Paszt. fasc. 24. nr. 37.

XCIV.

Ludány. 1746. október 22.

Nógrád vármegye közgyűlése jelenti, hogy előtte Darvas János megbizottja tiltakozott az ellen, hogy a pásztói apátság a csecsei réteket használja; s hogy Mencsik Jakab ezzel szemben a pásztói apátság ellentiltakozását fejezte ki.

Nos universitas dominorum praelatorum, baronum, magnatum et nobilium comitatus Neogradiensis damus pro memoria tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod cum nos
1746. okt. 22. in generali congregatione nostra anno, locoque datarum praesentium simul una constituti fuissemus et praesentes, eotum egregius Samuel Baszi, nomine et in persona generosi domini Joannis Darvass de Nagyrét, talem, uti sequitur, in scriptum redactam exhibuit fecitque et instituit coram nobis protestationem: Nomine et in persona generosi domini Joannis Darvass de Nagyrét mandatarius nobilis Samuel Baszi per formam solennis protestationis, contradictionis atque inhibitionis coram inclyta hac universitate detegeret sequentia: Qualiter venerabilis ordo Cisterciensis de

Pászto, alias in iure Törökiano hypothecarius, non curatis iteratis inhibitionibus, protestationibus, prata Csecsiensia currenti quoque anno medio colonorum atque inquilinorum suorum, iuxta nutum et lubitum suum, cum damno et praeiudicio domini principalis sui et protestantis, violenter invadere, falcare, devehere atque in suos usus convertere, nihil pensi duxisset. Ne igitur per taciturnitatem in tali violento suo usu nunc, vel in futurum pacificum dominium allegari possit, eidem tempestive reclamat atque reflexive semet habendo ad praemissas, hoc in passu emanatas protestationes eundem ordinem et homines suos, ab ulteriori violento et improportionato tam pratorum et terrarum, quam et aliorum accessariorum usu praesentibus sub poenis legalibus inhibet et prohibet palam publice et manifeste cum praesentium improthocollatione, petendo humillime super praemissas authenticas inclyti comitatus literas testimoniales, futura iurium domini protestantis pro cautela elargiri. Qua protestatione praevio modo instituta perlectaque et publicata, mox reverendus dominus Jacobus Mencsik, nomine et in persona admodum reverendi domini Roberti Maly ordinis Cisterciensium Pasztoviensis superioris, reprotestatus est. Unde nos super praevia antelati domini reverendi Jacobi Mencsik coram nobis facta reprotestatione praesentes testimoniales literas nostras, pro futura iurium reprotestantium cautela necessarias, extradandas esse duximus et concedendas, prouti extradedimus et concessimus communi suadente iustitia. Datum ex generali congregatione nostra, die vigesima secunda mensis octobris, anno Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, in possessione Ludány celebrata. (L. S.) Extradatum per Josephum Darvas de Nagyrét praefati inclyti comitatus iuratum ordinarium notarium. m. p. 1746. okt. 22.

Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 21. nr. 53.

XCV.

Bécs. 1749. július 21.

Mária Terézia királyné Hauck Antalt, a wellehrádi konvent kérelmére, pásztói apáttá nevezi ki, azon kikötéssel, hogy az apátság jövedelmét ne saját vagy a wellehrádi convent czéljaira, hanem a pásztói apátság újjáalakítására és itt az isteni-tisztelet emelésére fordítsa.

Nos Maria Theresia, Dei gratia Romanorum imperatrix, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniaeque etc. regina, archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae et Carnioliae, comes Habspurgi, Flandriae, Tyrolis et Goritiae etc. memoriae commendamus, tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod posteaquam serenissimus olim Romanorum imperator et rex Hungariae, Leopoldus, dominus, avus et praedecessor noster piae memoriae desideratissimus superioribus annis, tum pro preclari suo caesareo-regio, quo erga sacrum ordinem Cisterciensium olim in praefato regno nostro Hungariae florentem, veluti de ecclesia Dei bene meritum et a sanctitatis laude commendatum, ducebatur zelo et affectu, tum vero ad demissas honorabilis condam Floriani Nezorin eiusdem sacri ordinis conventus Vellehradiensis in marchionatu nostro Moraviae situati abbatis, totiusque modofati conventus preces et supplicationes apud eundem propterea factas, abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszto in superioribus dicti regni nostri Hungariae partibus, inque comitatu Hevesiensi ac dioecesi Agriensi existentem, veluti a suae fundationis primordio ad eundem Cisterciensem ordinem spectantem, per iniuram nihilominus temporum longa annorum serie per diversas ecclesiasticas personas tentam et administratam, praelibato Cisterciensium ordini, dictoque conventui Vellehradiensi virtute benigni diplomatis sui caesareo-regii, sub dato in archi-
1702. nov. 6. ducali hacce civitate Vienna Austriae, die sexta mensis novembris Anni Millesimi septingentesimi secundi expediti, iure postliminii restituisset, incorporasset et applicasset, ac simul eandem abbatiam de Paszto antelato condam Floriano Nezorin abbati, uti praemissum est, Vellehradiensi iure paternitatis ac modis et formis subque

conditionibus in praeallegato benigno diplomate contentis et denotatis clementer contulisset. Iam autem Josepho Maly, praedefuncti Floriani Nezorin in praefatis abbatiis successore non ita pridem e vivis sublato existente, modernus noviter electus abbas et conventus Vellehradiensis, pro exigentia praedicti iuris paternitatis, pro suprafata abbatia Pasztoiensi aliam et ab abbate Vellehradiensi distinctam personam nominare, eandemque maiestati nostrae pro obtinendis benignis superinde litteris confirmationalibus, collationalibus et installatoriis demisse praesentare debuissent; quia nihilominus prior et antelatus conventus Vellehradiensis maiestati nostrae hoc et id, quod post adhibitum etiam omnem possibilem conatum propter interventas diversas temporum difficultates, aliaque impedimenta publica in eadem abbatia hactenus neque de proventu ad sustentationem specialis abbatis requisito, neque de habitatione conveniente, minus autem sumptibus pro aedium reparatione, iuriumque vindicatione, aut conventus alimentatione debite provideri potuerit, ac consequenter de facto adhuc nulla proprium abbatem in praemissa abbatia intertenendi possibilitas affulgeat, medio humillimi supplicis libelli sui perdemisse repraesentassent, ac simul devote supplicassent, quatenus nos pro regio-apostolica authoritate nostra, rationibus et motivis ex praedeclaratis pro hac adhuc vice clementer dispensare dictamque abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszto moderno neo-electo praefati conventus Vellehradiensis abbati ac pro antelata quoque abbatia iure paternitatis nobis praesentato, fideli utpote nostro honorabili Antonio Hauck benigne conferre dignaremur. Hinc nos, cum ad demissam huiusmodi praefati prioris, totiusque memorati conventus Vellehradiensis instantiam maiestati nostrae praevio modo factam, tum vero benignum ac singularem habentes respectum ac reflexionem ad praeclaras virtutes, laudatosque et acceptos mores, doctrinam item ac eruditonem, nec non omnibus gratam exemplaris vitae conversationem, ceterasque excellentes animi dotes ac qualitates praefati Antonii Hauck abbatis, uti praemissum est, Vellehradiensis, quibus ipsum ab altissimo insignitum et ornatum esse ex fidedigna nonnullorum fidelium nostrorum relatione benigne cognovimus; eidem itaque Antonio Hauck, tanquam personae idoneae ac de ecclesia Dei benemeritae, nobisque gratae et acceptae, praememoratam

abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszto, modo praevio legitime vacantem, simul cum cunctis illius bonis ac iuribus temporalibus, castris nimirum, castellis, oppidis, villis, possessionibus et praediis ubivis sub sacra dicti regni nostri Hungariae corona habitis et reperibilibus, ad eandem abbatiam de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, eorumque proventibus, obventionibus ac emolumentis, sub conditionibus in praelibato diplomate caesareo-regio uberius expressis, ac insuper hac cum obligatione, ut praefatae abbatiae proventus non in proprios aut Vellehradiensis conventus usus, verum praecise in restaurationem eiusdem abbatiae Pasztoiensis, cultusque divini in eadem promotionem, adeoque praedeclaratarum conditionum adimpletionem convertantur et insumantur, dandam et conferendam, ipsumque ei, cuius interest, pro more praesentandum esse duximus. Imo modo praedeclarato damus, conferimus et praesentamus. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti spectabilis ac magnifici comitis Leopoldi de Nadasd perpetui terrae Fogaras, consiliarii nostri actualis intimi, per antelatum regnum nostrum Hungariae aulae cancellarii, necnon agazonum nostrorum regalium magistri, in archiducali civitate nostra Vienna
1719. jül. 21. Austriae, die vigesima prima mensis iulii. Anno Domini Millesimo septingentesimo quadragesimo nono. Regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno nono. Maria Theresia. (L. S.) Leopoldus de Nadasd, m. p. Bernardus Koncsek, m. p.

Hátára ez van írva: Penes praesentes benignissimas suae sacratissimae caesareo-regiae maiestatis dominae dominae clementissimae collationales regias per illustrissimum dominum Josephum Mednyanszky liberum baronem de Medgyes, regiae camerae hungarico-aulicae consiliarium reverendissimus dominus Antonius Hauck, sacri ordinis Cisterciensium modernus neo-electus conventus Vellehradiensis abbas in abbatiam Beatae Mariae Virginis de Paszto in comitatu Hevesiensi ac dioecesi Agriensi, adeoque sub iurisdictione sacrae regni Hungariae coronae existentem, in quem eiusdem abbatiae universa bona et iura temporalia de iure et ab antiquo ad eandem spectantia ac pertinere debentia, sub conditionibus tum in hocce, tum vero in intus allegato Leopoldino benigno diplomate caesareo-regio expressis, earumque adimpletione in praesentia complurium tam ecclesiastici, quam et saecularis status ac dignitatis personarum, ad hunc actum specialiter convocatarum, solenniter introductus ac installatus extitit.

Ex consilio regiae camerae Hungarico-aulicae, Posonii, die vigesima secunda augusti,
1719. aug. 22. anno Millesimo septingentesimo quadragesimo nono. Ladislaus Füleky. m. p.

Hártyára írt eredetije, selyem sodraton függő pecséttel, a brünni országos levéltárban: Acta Vellehrad. Litt. D. nr. 20. — Papirosra írt hiteles másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 4. nr. 76.

XCVI.

Holics. 1749. augusztus 18.

Mária Terézia királyné tudtul adja, hogy Hauck Antal pilis-pásztói apát, mint külföldi ember, a hazai törvények értelmében a hűségeskütt letette.

Nos Maria Theresia Dei gratia etc., ... memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod fidelis noster honorabilis ac religiosus Antonius Hauck, sacri ordinis Cisterciensium conventus Wellehradiensis in marchionatu nostro Moraviae situati abbas, qua etiam binarum abbatiarum Beatae Mariae Virginis de Paszto et Pilisio in Hungaria abbas, anno, die, locove datarum praesentium coram nobis personaliter constitutus, ex lege praescriptum indigenatus et perpetuo servandae nobis et successoribus nostris legitimis Hungariae regibus fidelitatis iuramentum more eatenus recepto et usitato deposuerit, taliterque idem abbas obligationi idcirco sibi incumbenti satisfecerit. Super eo praesentes litteras nostras testimoniales memorato abbati Antonio Hauck, futura iurium suorum pro cautela necessarias, sub secreto sigillo nostro. quo ut regina Hungariae utimur, extradandas esse duximus et concedendas. Datum in Holics, die decima octava mensis augusti. Anno Domini Millesimo septingentesimo quadragesimo nono. Regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno nono. Maria Theresia. (L. S.) Comes Leopoldus de Nadasd. Bernardus Koncsek. 1749. aug. 18.

Papirosra irt eredetije a brünni országos levéltárban: Acta Wellehrad. Lit. D. nr. 21.

XCVII.

Eger. 1749. deczember 3.

Heves- és Külső-Szolnok vármegye közgyűlése jelentést tesz a helytartótanácshoz a pásztói apátság birtokairól, jövedelmeiről, viszonyairól és a rajta élő rendtagokról.

Conscriptio omnium bonorum penes abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pásztó.

Excelsum Consilium Locumtenentiale!

Intimabat gratiose nobis excelsum consilium locumtenentiale regium, ut super statu abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pásztó, quales utpote proventus annuos eadem habeat? quonam illi convertantur? et an qualisve ecclesiae abbatialis et conventus restauratio ibidem facta sit? quot denique numero religiosi, utrumve inter illos nationales et patriae filii interteneantur? Habita idcirco cum excellentissimo domino diaecesano mutua cointelligentia, genuinam et circumstantialem informationem submittimus. Ad quae omnia et singula hodierna congregatione generali exmissi iam antea eatenus iudices nobilium ex officio facta relatione sequentibus humillime reponendum habuimus:

Patres Cistercitae certam in oppido Pásztó portionem ad dictam abbatiam ab antiquo pertinentem cum quadraginta octo colonis in eadem manentibus actu quoque possident; horum industria iam ex terris abbatialibus, iam vero vicinis, quae excolunt, praediis anno, ut observatum est, fertiliori, autumnalis sementis Posonienses metretae numero 792, vernalis vero 246 memorato ordini obveniunt. Est vinea praeterea in promontorio Pasztoviensi, opera eorundem subditorum quotannis culta, quae si ubere vindemia 80 urnas musti ferat; fructu hoc mercedem laborum rependisse censetur. Reliqua vero promontorii ad abbatiam spectantis pars titulo nonae quandoque urnas 48 praestat; ac praeter hoc quilibet hospitum invalente tali consvetudine cubulos duos. Prata universa sunt quidem 110 cumulorum foeni ferendorum capacia; ita tamen, ut steriliori anno illa vix 80 promittant. Numerantur ad haec in fundis abbatiae inquilini septem, qui omnem omnino obligationem suam pensione florenorum viginti duorum absolvunt. Habentur et

molae duae aquis minus abundantes; ac si earum fructus spectetur, metretas Posonienses 80 annuatim importantes. Domus dein crematoria, braxatorium, quod demptis necessitatibus residentiae annuos 100 circiter florenos inferre observatur. In educillis, quae duo reperiuntur vina allodialia et e nonis provenientia educillantur. Macellum in arendam elocari solitum annuos 6 florenos importare compertum est. Et hanc portionem in oppido Pásztó cum connotatis praemissis redditibus habitam ex omnibus bonis primaeva fundatione abbatiae collatis, tot et tanti, quod vel recordatio tristissima est, in regno hoc excitati motus, direptis omnibus aliis literalibusque documentis deperditis, reliquerunt.

Quamvis quidem huius enarratione puncto primo circa statum dictae abbatiae in intimato excelsi consilii locumtenentialis regii comprehenso satisfactum putemus: ut nihilominus tamen universus status bonorum quocunque iure demum per sacrum ordinem Cistercitarum possessorum excelso consilio locumtenentiali regio constet, adiicimus hic et alia bona pignoris titulo per dictos patres tenta, eorumque proventus medio magistratualis hominis nostri connotatos. Itaque praeter praedictam abbatialem portionem in oppido Pásztó habent iidem patres colonos 29; hi pro ratione temporum ex terris arabilibus in sortem nonae praestant annuatim metretas Posonienses circiter 125, ex fructibus vero vinearum urnas circiter 96. Sunt et alii censualistae 13, qui annuos florenos 41 pendunt. Ex arenda vero macelli, educilli et fornicis obveniunt floreni 110. Reperitur etiam mola una integra et in alia portio certa, quarum proventus universim constituit metretas 90.

Possident item portionem in Hasznos, in qua numerantur coloni 8, qui musti urnas quotannis praestant 4, metretas vero tritici 23. Molae proventus ibidem est metretarum circiter 60. Glandinationis vero nonnunquam, ubi videlicet glandes copiosiores sunt, florenorum facile 100. Lignationis florenorum circiter 20. Officinae denique vitriariae florenorum 100. Tenent item possessionis Bátony potiorem partem, quam incolentes 23 coloni praeter alios communes labores titulo census et arendae pendunt florenos 99, denarios 76. Glandinationis proventus, sed valde incertus florenorum 50. Nonae vero, ut annus praesens compertum reddidit, universim metretarum 130. Praedium item Musla cum aliis

pluribus compossessoribus, cuius universi redditus ad ratam dictorum patrum cedentes anno currenti fuerunt urnae musti 6, metretarum vero tritici 1'/₂. Praedium alterum Terebess (igy), in quo, quia terrae ad unam duntaxat calcaturam reductae sunt, alternis annis tritici metretae ex obveniente septima circiter 28 percipiuntur. Prata nonnulla ibi procreant tantum graminis, ut currus foeni circiter 20 confici possint; alia vero, quae adhuc supersunt, prata in florenis 86 et 90 vicinis possessionibus exarendantur. Hoc in praedio dictorum patrum setigeri pascuntur numero 150, vaccae vero numero 12, quae pecora omnem reliquum fructum, qui forte inde sperari posset, absummunt. Praedium item Lengyed (igy), ex cuius unius tantum pariter calcaturae terris arabilibus venit septima, metretarum circiter 47; a pratis, prout et pascuo titulo arendae solvuntur floreni 26. Glandinatio anno fertiliori importat florenos 30. Possessionem Verebély, in qua numerantur incolae 25; horum quilibet notabiliores labores suos redimit florenis 4, denariis 12, facientibus in toto florenos 103. Universa nona ordinarie venit ad metretas 32. Praedicti praeterea incolae cultivant terras ad unam tantum calcaturam reductas praedii Tóth-Veréb, unde titulo nonae ordinarie praestant in toto metretas 104. Ibidem educillatur vinum dominale medio anno. Glandinationis raro admodum habetur aliqua utilitas, ita ut ab anno abhinc quinto nihil omnino inde perceptum sit. Possessionem Bárkány, ubi iidem patres habent colonos 3, quorum ita et omnium aliorum beneficiorum emolumentum sunt floreni 10, denarii 50. Possessionem Sooshartyan, ubi unicus subditus, qui annue solvit florenos 6. Caeterum nullus ibi proventus. Possessionem Csecse, ubi numerantur subditi 10, qui titulo nonae dominio quotannis metretas circiter viginti et duas urnas vini praestant. Excolunt attamen iidem subditi vicinum praedium Almás, ubi tam pro parte dominali, quam sua seminant, dantque ex hac allodiatura domino frumenti metretas circiter 100, titulo vero septimae 9. Praedium Nádasd, in quo ex proventu glandium anno ab hinc sexto incassati sunt floreni 25; abinde autem nihil. Cum vero praeter quatuor metretarum titulo septimae inde provenientium nullius fere importantiae sit, communiter ovibus et pecoribus genus facientibus pascuum praebet. Praedii Tepke quartalitatem,

unde titulo septimae ordinarie proveniunt metretae 20; a pascuo autem ad ratam dicti ordinis venit florenus 1, denarii 50. Glandinatio hic tam exilis est, ut multis annis nulla penitus iam fuerit, praeterquam quod anno priore floreni 11 percepti sint. Quartalitatem item praedii Garáb, unde ab exarendato pascuo solvuntur floreni 20. Glandinatio vero anno superiore intulit florenos 11, denarios 50; alias autem admodum raro fructum aliquem inferre solet. Praedium denique Csontfalva, unde ex septima annue veniunt metretae circiter 32. Caeterum nullius alterius frugi est. Et iste est universus status bonorum eorumque proventus, quae sive iure fundationali praefata abbatia possidet, sive vero quae sibi a tempore ultimae restitutionis titulo pignoris compararat.

Quantum autem ad secundum gratiosi intimati punctum, quorsum videlicet hi proventus impendantur? Si portio Pásztoviensis pure abbatialis spectetur, facile excelsum consilium locumtenentiale regium perspiciet, quod fructus eius quatuor personis religiosis decenter alendis vestiendisque cum adhaerente necessario famulatu superfluus omnino non sit. Reliquorum autem bonorum titulo pignoris possessorum emolumenta potiori parte in exolutionem interusurii capitalis illius, aliunde utpote levati, quod bonis illis investitum haeret, convertuntur; partim vero pure abbatialis boni proventuum defectus exin (igy) suppletur, ut adeo illis pro honesta ordinis dicti subsistentia non undequaque et semper sufficientibus, horum auxilio omni necessitati occurri debeat.

Ecclesiae vero conventusque restauratio qualis ibi facta sit? Primum quod attinet, ante annos vigintiquinque manu adeo levi et exili cura quidpiam compactum est, ut praeter vetus sanctuarium aere parvo sub fornicem coactum illumque ventorum vehementia iam diruptum, modicam item sacristiam nihil omnino extet; videanturque patres illi duntaxat necessitati consuluisse, ne rem divinam penitus sub dio fieri oporteat. Lugent hucdum tyrannidem hostis christiani nominis funestaque regni huius fata squallentia amplissimi veteris templi rudera et munifica, cuius demum pietate et instituto veteri suo restitui nitori vel muta exposcunt. Conventus autem duarum contignationum ante annos trigintaocto super antiqua fundamenta per eosdem patres positus

domicilio religiosae huius familiae commodissimus est. Caeterum quatuor ibi patres religiosi actu resident; superior videlicet pater Franciscus Dalmata ex comitatu Posoniensi, pater Michaël Benkovics ex Nitriensi, qui quidem ad Fontem sacrum sic dictum, in attacto praedio Tót Veréb situm, pro festo Magnae Matris Assumtae et Dominae eo confluentis huiatis late circum populi pietate celebrem, pro paucularum ibi et in vicino existentium animarum solatio potissimum manet; pater Ladislaus Grajnanecz (így) pariter ex Nitriensi oriundus; ac hi tres ungari et patriae filii; quartus solummodo pater, videlicet Tecelinus moravus est.

Haec itaque sunt, quae ad omnia excelli consilii locumtenentialis regii gratiosi intimati puncta facta sint per excellentissimum dominum comitem dioecesanum iam materia in hac ubere informatione, quam nos sufficientem arbitrabamur, humillime reponenda habuimus. Qui gratiis et favoribus commendati perseveramus. Ex generali nostra congregatione, die tertia mensis
1749. decz. 3. decembris anni Millesimi septingentesimi quadragesimi noni, in episcopali civitate Agriensi celebrata.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apátsági levélt. Act. abb. Paszt. fasc. 31. nr. 10.

XCVIII.

Wellehrád. 1751. április 8.

Hauck Antal pásztói apát a váczi püspököt részletesen megokolt adatok alapján kéri, hogy adja meg a rendtagoknak a iurisdictiót külön vizsgálat letevése nélkül.

Reverendissime, illustrissime ac excellentissime domine, domine Archi- et episcope, patrone gratiose pariter ac venerandissime. Ex
1751. ápr. 8. dato octava aprilis huius anni currentis suae reverendissimae excellentiae responso ad meas literas recommendatitias religiosos meos ad abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pásztó directos, pro consequenda in dioecesi Vaciensi approbatione administrandi sacramentum poenitentiae, intellexi, consuetudinem et statum altefatae dioecesis dictare, ut quivis sive saecularis, sive regularis presbyter pro audiendis fidelium confessionibus approbandus, semet suae

reverendissimae excellentiae vicario generali et episcopali consistorio pro examine subeundo personaliter sistat etc. Cum ita sit, quod mei religiosi Cistercienses pro dicta abbatia Pasztoviensi providenda missi et in futurum mittendi sub terminis Regularis Presbyter in ordine ad subeundum examen se personaliter sistendi comprehendantur: illud unicum gratiosissimo ac sapientissimo suae reverendissimae excellentiae iudicio respectu abbatiae mentionatae et exemptionis personarum ordinis nostri ponderandum, quod in subsequis exponendum duxi, humiliter defero.[1]

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 30. nr. 21.

XCIX.

Pozsony. 1751. julius 10.

Barkóczy Ferencz egri püspök értesíti Hauck Antal pásztói apátot, hogy a pásztói rendtagoknak csak úgy ad iurisdictiót, ha előbb előtte vizsgálatot tesznek.

Reverendissime abbas, mihi colendissime. Qui iure suo utitur, nemini facit iniuriam; habere autem me ius examinandi quoscunque regulares approbationem petentes post Tridentinum nullus est, qui dubitet. Itaque dum patrem Abundum superiorem Pasztoviensem examini subiectum volui, neque in privilegia sacri ordinis Cisterciensium, quae reverendissima dominatio vestra prolixe recenset, quidquam peccavi, neque in praeclara eiusdem de ecclesia merita iniurius fui. Integer sit utrisque suus valor et vigor, non impugno; tantum indubitato iuri meo insisto. A quo, quod nonnulli dioecesani interdum aliquid remittant, haud reprehendo; sunt illis indubie graves facti sui rationes; sed et mihi meae. Hasque potius, quam exempla sequor, quod sciam non omnia, quae ab aliquo interdum non inconsulte geruntur, etiam ab aliis semper et ubique pari laude geri posse. Res, tempus, locus magnam humani consilii saepe mutationem adferunt. Quamquam nec alium quempiam dioecesa-

[1] Folytatása ugyanaz, mint az 1745. decz. 12-diki oklevél. Ezen kötetben: Oklevéltár. LXXXVIII. sz. okl.

num a iure illo suo recessurum putem, si quod ex puro favore praestat, id ab aliquo in debitum detorqueri animadverteret. Atque istud mihi innuere videtur pater Abundus, qui detrectati examinis eam causam dedit, quod exempti ordini suo insciis superioribus praeiudicare nolit; quasi vero favor sedis apostolicae et liberalis dioecesanorum convenientia eo sacrum istum ordinem evexisset, ut quidquid, etsi omni iure debitum, aliquam erga episcopos observantiae, seu subiectionis speciem prae se fert, iam sine praeiudicio exercere nequeat. Qua opinione, forsan in scholis hausta ac etiam discipulis instillata, aiebat enim se theologiam publice professum fuisse, cum ius episcopale graviter vellicetur, iura autem eo fortius sustinenda sunt, quo audacius impetuntur; si etiam aliae causae deessent, quae tamen adsunt multae, firmum mihi fixumque est, a proposito non discedere. Quare tam dictus pater Abundus, quam alii quicunque novi ad dioecesim meam venturi, si pro audiendis saecularium confessionibus approbari cupiunt, ad instar aliorum regularium examini submittere se debebunt. Quod nolim, quaeso, reverendissima dominatio vestra in argumentum alienati a sacra sua familia animi mei accipiat; addictissimus hic semper fuit, est et erit, gratasque habebo alias occasiones, quibus tum ad reverendissimae dominationis vestrae vota, tum ad sacri sui ordinis ornamenta et emolumenta operam meam uspiam collocare potuero, ut ostendam, quod sim reverendissimae dominationis vestrae servus obligatissimus Franciscus, episcopus Agriensis comes Barkóczy m. p. Posonii sub regni comitiis, die decima mensis
1751. júl. 10. iulii anni Millesimi septingentesimi quinquagesimi primi.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. Abb. Pászt. fasc. 30. nr. 23.

C.

Jászó. 1752. julius 17.

A jászói konvent jelenti, hogy Lipóczi Keczer István nevében Iglódy János tiltakozott az ellen, hogy Almásy János Pásztó, Nagy-Batony és két szomszéd puszta határában birtokra tett szert.

Nos conventus ecclesiae Beati Joannis Baptistae de Jaszov etc. . . . quod egregius Joannes Iglódy, nomine et in persona illustrissimi ac reverendissimi domini Stephani Keczer de Lypocz, episcopi Makariensis, cathedralis ecclesiae Magno-Varadiensis praepositi maioris necnon sacrae caesareo-regiae maiestatis consiliarii, qua tamen fratrum et condivisionalium suorum iura sustentantis, nostram personaliter veniens in praesentiam, per formam solemnis protestationis, contradictionis et reclamationis nobis detexerit in hunc modum: Qualiter nimirum recenter antelato illustrissimo reverendissimo domino protestanti innotuisset, quod generosus dominus Joannes Almásy, iazygum et cumanorum supremus palatinalis capitaneus et excelsae tabulae septemviralis assessor, certa quaedam bona ac iura possessionaria praelibati domini protestantis ac fratrum suorum condivisionalium avitico-haereditaria, signanter in possessionibus Pásztó, Nagy Bátony, eisdemque advicinatis duobis praediis comitatui Neogradiensi adiacentibus habita certo iuris titulo impetrasset, eademque simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet sibi et successoribus suis statui procurasset, damno ac praeiudicio repetiti domini protestantis, aliorumque fratrum et condivisionalium eiusdem gravibus et manifestis. Ne proinde idem dominus protestans vel fratres et condivisionales eiusdem in praedeductam introductionem et statutionem per taciturnitatem quoquomodo consensisse arguantur, quinimo eosdem in tempore iuribus suis invigilasse debiteque percepisse palam sit: ideo praelibatus dominus protestans, qua, ut praemissum est, reliquorum fratrum et condivisionalium suorum iura sustentans, medio antelati egregii Joannis Iglody totali eidem introductioni et statutioni contradixit reclamando, reclamavitque contradicendo palam, publice et manifeste coram nobis. Harum nostrarum vigore etc. Datum

feria secunda proxima post Dominicam septimam post Pentecosten
1752. jul. 17. in diem decimam septimam mensis iulii incidente. Anno Domini Millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo. Praesentibus Andrea Samberer sacri candidi et exempti ordinis Praemonstratensis canonicorum regularium praelato, praefatae ecclesiae nostrae praeposito infulato, Gerardo Csák lectore Jaszoviensis, Joanne Klein custode, Evermodo Brauner, Paulo Csorba Debrődiensis, Engelberto Hubácsek Jaszo-Mindszentiensis, Eugenio Mayr oppidi Superioris Medczenczéff sic dictorum locorum nostrorum plebanis, omnibus vero Lucensis, et Vincentio Hoyny prothonotario apostolico Neo-Reischensis ecclesiarum professis, canonicis regularibus, fratribus, sociis et iuratis testimoniis nostris conventualibus divinae iugiter famulantibus maiestati.

A jászói országos levéltárban: Protocoll. VII. pag. 305.

CI.

Csécse. 1754. márczius 9.

Lendvay János kir. táblai eskiidt jegyző jelentése a csécsei rétek ügyében végbement tanukihallgatásról.

Infrascriptus praesentibus recognosco, me anno, mense, die
diversorumque fororum ulterius etiam firmata possideret atque teneret; ac ex hacce collatione caesareo-regia iure postliminii benigne elargita ad conservationem et ulteriorem quoque recuperationem iurium ac bonorum abbatialium ultro etiam obligaretur. E converso vero antelatus actor Paulus Frater, sub praetextu actionis repositoriae ad avulsionem talium fundorum, qui intra metas iurium abbatialium iam olim sub praedecessoribus designatas constituti erant, niteretur, atque hoc in passu medio tui eiusmodi intentionem suam assequi omnimode conaretur. Supplicatum proinde exstitit maiestati nostrae nomine et in persona dicti exponentis demissa cum instantia humillime, quatenus eidem iuribusque abbatialibus vi supremae nostrae regiae potestatis, iurisque nostri patronatus summi in praemissis mandati utpote nostri benigni inhibitorii remedio benigne providere teque ab ulteriori iudicatu in praeattacta causa serio inhibere dignaremur, neque pateremur eundem iustis in iuribus tam improvise destitui. Cum autem iusta petenti non esset denegandus assensus et alioquin bona ecclesiastica ad mentem capitis vigesimi quarti Sancti Ladislai regis libri primi ab ecclesiis nulla ratione avelli possent, et hoc tam immutabili iure ut, etsi iniuria temporum amissa fuissent, rursus tamen ad ecclesiam reapplicari deberent, quin imo talia inalienabilia, si alienata quoque essent, sensu articuli vigesimi anni Millesimi quin- 1550.
gentesimi quinquagesimi recuperanda venirent; hocque ex fundamento a praelibati exponentis antecessoribus eiusdemque praedicto ordine bona abbatialia iure postliminii restituta et in maiori parte recuperata sub praetextu actionis repositoriae nullo modo avelli, minui aut restringi, cum saecularibusque bonis convelli, aut ea sive in parte, sive in toto saecularisari valerent. Actiones vero repositionales ex praetextu primaevi cuiuspiam saecularis possessoris praetensaque occupatione dubium et obscurum fundamentum habentes citra recursum ad iura radicalia privilegialia tractari nequirent; adeoque velut iurium, cumprimis ecclesiasticorum cum saecularibus collisionem horumque discussionem et productionem post se trahentes sensu articuli vigesimi octavi anni Millesimi 1715.
septingentesimi decimi quinti non coram pedaneo, verum curiae nostrae regiae foro tractari valerent. Iurium porro ecclesiasticorum collatio et simul eorundem in sua integritate conservatio ductu

titulorum decimi et undecimi partis primae ad supremam nostram regiam potestatem, summumque nostrum ius patronatus pertineteret, neque usus et possessorium ecclesiarum alioquin in collatione et iuris postliminii facta restitutione fundatum, ac per neoaquisticam commissionem aliasque iudiciarias sententias regiasque protectionales stabilitum et manutentum sub sensum actionis repositoriae, adeoque sub iurisdictionem fori pedanei cadere posset. Mandatis autem inhibitoriis in tam manifesta iudicatus incompe-
1715. tentia de praescripto articuli decimi noni anni Millesimi septingentesimi decimi quinti iudices pedanei absque ulla ad forum contradictorium relegatione obtemperare deberent. Pro eo tibi harum serie auctoritate nostra regia, qua pleno iure fungimur, benigne committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus rebusque sic, uti praefertur, stantibus et se habentibus, comperta iam alioquin rei veritate in eo, quod antelatus exponens iura abbatialia de Pászto et in his praedeclaratas etiam tres sessiones virtute collationis regiae cum designatione etiam signorum metalium adeoque iure postliminii inde a suis antecessoribus adepta, in eo statu, quo praedecessores eiusdem possidebant, actu quoque possideat, haecque iam in commissione neoaquistica aliisque sententiis iudiciariis regiisque protectionalibus stabilita et manutenta exstiterint, adeoque citra collisionem iurium saecularium cum ecclesiasticis actione repositoria dicti Pauli Frater tractari nequeat, consequenter iurium radicalium privilegialium discussio et productio evitari nequiret: statim et eo facto a iudicatu tuo una cum tibi adiunctis iudice nobilium et iurato assessore et supersedere et recedere, taliterque mandato huic benigno nostro inhibitorio, citra ullam ulteriorem ad forum contradictorium relegationem, sub poena contra mandatis regiis obtemperare nolentes statuta noveris, debeas et tenearis, nec secus facturus. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 7. nr. 15.

CXXV.

Pest. 1766. február 1.

Mária Terézia királyné, Menschik Jakab pásztói elüljáró kérésére, megsürgeti Sághy Mihály heves-vármegyei alispánt a pásztói peres földek ügyének elintézésében.

Maria Theresia etc. Expositum est maiestati nostrae nomine et in persona fidelis nostri religiosi Jacobi Menschik, qua abbatiae de Pászto superioris exemptique ordinis Cisterciensis professi: Qualiter in anno Millesimo septingentesimo sexagesimo secundo 1762.
Abundo Viesner, praefati ordinis professo praenotataeque abbatiae attunc superiore, contra Gabrielem Lefferovics illius temporis parochum Pasztoiensem ad repositionem certarum portionum et pertinentiarum, in actione uberius circumscriptarum, inque territorio oppidi Pászto, parte videlicet abbatiali a reliquorum compossessorum possessorio metis separata existentium, coram te iudiciarium suscipiente processum factum sit, quod litis subpendentia tam praefato superiore, quam et in causam attracto parocho fatis cedentibus processus indecise manserit; idemque seu inter acta tua iudiciaria, seu ad archivum universitatis repositus sit. Cuiusmodi processum exponens contra actualem praedicti oppidi parochum, in quem videlicet per mutationem fors causae incidisset, continuare niteretur. Ex eo supplicatum exstitit maiestati nostrae, nomine et in persona antedicti exponentis, debita cum instantia humillime, quatenus eidem de condigno iuris, mandati quippe nostri acceleratorio promotorii remedio clementer providere dignaremur, nec pateremur eundem iustis suis iuribus improvise destitui. Cum autem iusta petenti non sit denegandus assensus et aliunde praescribente articulo trigesimo septimo Millesimi septingentesimi 1731.
vigesimi tertii causae quomodocunque impeditae ac ob id sub litis pendentia haerentes fundamento celerioris administrandae iustitiae continuandae venirent: pro eo tibi harum serie praecipientes benigne committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus rebusque, sicuti praefertur, stantibus seque habentibus, memoratum processum coram te inchoatum seu inter acta tua, seu in archivio universitatis repositum exquirere eundemque, servatis de iure servan-

dis, tanquam sub litis pendentia haerentem quo celerius, auditis partibus, definire noveris, debeas ac tenearis, communi suadente iustitia, nec secus facturus. Datum in libera regiaque civitate nostra Pe-
1766. febr. 1. stiensi, die prima mensis februarii, anno Domini Millessimo septingentesimo sexagesimo sexto. Lectum et extradatum per me Jacobum Szolrics de Nemes-Sagod, sacratissimae caesareo-regiae apostolicae maiestatis personalis praesentiae in iudiciariis locumtenentem et consilarium.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. tasc. 15. nr. 132.

CXXVI.

Eger. 1766. február 22.

Heves és Külső-Szolnok vármegye közgyűlése, a pásztói apátság megbizottja kerésére, kiadja Almásy Pál, Fráter Pál, Plathy András és Oláh György pásztói földbirtokosok tiltakozását, melyet ezek Janoviczky Ferencz pásztói plébános- és a pásztói cziszterczickel szemben birtokfoglalás és birtokszerzés miatt kifejeztek.

Nos universitas praelatorum, baronum, magnatum et nobilium comitatuum Heves et Exterioris Szolnok articulariter unitorum
1766. febr. 22. damus pro memoria, quod cum nos anno mense, die locove datarum praesentium infrascriptis, scilicet post terminatam malefactorum revisionem successive fine etiam pertractandorum comitatus hos unitos tangentium aliorum negotiorum consedissemus, tandemque spectabilium ac perillustrium dominorum Pauli Almássy, qua fratris natu maioris, Pauli Frater, Alexandri Plathy et Georgii Oláh, oppidi Pásztó dominorum terrestrium et compossessorum certam protestatoriam contradictionem et inhibitionem contra admodum reverendum dominum Franciscum Janoviczky, nominati oppidi Pászthó plebanum, ac etiam contra reverendos patres Cistercitas nobis scriptotenus exhibitam ritu solenni publicam fecissemus: pro parte memoratorum reverendorum patrum Cistercitarum egregius Adamus Kelemen verbo confestim et solenniter reprotestatus, petierit demisse, quatenus seriem publicatae id genus protestationis cum authentico testimonio interpositae suae repro-

testationis, pro futura praememoratorum reverendorum patrum iuriumque ad eos attinentium securitate, extradare dignaremur. Est autem ex genuina publicati ipsiusmet originalis transumptione, uti prothocollo fideliter insertus patet, tenoris per extensum hic insequentis. Scilicet nominibus et in personis spectabilis ac perillustrium dominorum Pauli Almásy, qua fratris natu maioris, Pauli Frater, Alexandri Plathy et Gregorii Oláh, oppidi Pászto dominorum terrestrium et compossessorum, coram inclyta universitate comitatuum Heves et Exterioris Szolnok articulariter unitorum, in forma solennis protestationis, contradictionis et inhibitionis detegitur: Qualiter nimirum eisdem dominis compossessoribus certo innotuisset admodum reverendum dominum Franciscum Janoviczky, actualem memorati oppidi Pásztó plebanum, in platea, vulgo *Szentlélek utcza* nominata, anno recenter praeterito Millesimo septingentesimo sexagesimo quinto, cum damno et praeiu- 1765.
dicio aliorum comportionatorum, novum macellum extruxisse, beneficiaque taliter regalia oppidi Pásztó dominos terrestres pure concernentia sibi illegitime vendicasse, ac tam eundem, quam et praedecessores suos non exiguas plagas aliis dominis terrestribus communes occupasse, in sessiones assumpsisse, divisisse, novisque impopulationibus praeiudiciose implantasse ac iuris sui praetensi privativi citra viam iuris effecisse, pari formiter reverendos patres Cistercitas in eodem oppido Pásztó in facto occupationis et communium beneficiorum usurpationis in effectum deduxisse, palam est. Quibus licet apprime notum fuerit, quod rusticus praeter mercedem laboris in terris domini sui nihil iuris habeat, a rusticis tamen variis exquisitisque titulis vineas, prata, terras arabiles, pruneta, hortos coëmendo et sibi appropriando, caeteros dominos terrestres appertinentiis iurium suorum privassent, pascuumque commune communique proportioni obnoxium in hortos allodiales partim adsumpserunt, partim vero novis implantationibus replerunt et impopularunt, talique facto iura et beneficia communia et appertinentias ad praetensam suam abbatiam contra omnem iuris ordinem applicuerunt, actuque applicare et iuris sui privativi cum praeiudicio aliorum non cessant efficere. Ne itaque his et similibus illegalibus et nimium quantum damnosis et praeiudiciosis occupationibus, sibi appropriationibus et usurpationibus consensum praebuisse

videantur, iuribus suis indubitatis tempestive consultum iri cupientes, siquidem oppidum Pasztó tam quoad appertinentias universas, quam vero quoad alia iura communia, uti esset pascuum commune, si quod tamen reperire esset, ob recensitas nonnullorum praeiudiciosas occupationes in communi et in confuso ab immemoriali citra omnem iuris proportionem possideretur, praemissis omnibus occupationibus et qualicunque sub praetextu attentatis praeiudiciosis sibi appropriationibus contradicunt protestando et solenniter protestantur contradicendo, simulque ab omni deinceps attentanda occupatione eorumque usu inhibent palam publice et manifeste reservantque generalem facultatem cuncta ad rectam proportionem reducendi. Vigore cuius proinde, ut aequo postulato praememorati domini reprotestantis satisfaciamus, penes praesens fidele transumptum praeviae protestationis in fidem subsecutae tandem taliter verbalis reprotestationis desideratas pariter testimoniales literas nostras, pro futura ita acti negotii memoria iuriumque sic defensorum pleniore securitate, sub ipso authentico unitorum horum comitatuum sigillo duximus extradandas, iamque dedimus iustitia communi sic exigente. Ex particulari nostra congregatione die
1766. febr. 22. vigesima secunda mensis februarii, anno Domini Millesimo septingentesimo sexagesimo sexto, in episcopali civitate Agriensi celebrata. (L. S.)

Extradatum per me Gabrielem Hegyi, memoratorum inclytorum comitatuum iuratum ordinarium notarium.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 8. nr. 4.

CXXVII.

Eger. 1766. április 29.

Heves- és Külső-Szolnok vármegye közgyűlése jelenti, hogy Menschik Jakab, a pásztói rendház elüljárója, viszont tiltakozott azon tiltakozással szemben, melyet Almásy Pál, Fráter Pál, Plathy András és Oláh György fejeztek ki a pásztói cziszterczitekre nézve, bizonyos földek megszerzése és benépesítése miatt.

Nos universitas etc. damus pro memoria, quod cum nos anno, mense, die, locove datarum praesentium infrascriptis fine pertractandorum comitatus hos unitos tangentium negotiorum publicorum generaliter congregati etiam continuative consedissemus, a parte admodum reverendi domini Jacobi Menschik, qua sacri et exempti ordinis Cisterciensis abbatiae de Pásztho superioris, exhibita sit nobis fine solitae publicationis, prothocollationis extradandarumque testimonialium scripta protestatoria contradictio tenore, qualis ex genuina publicati originalis exemplaris transumptione in prothocollo notatus prostat per extensum hic in sequenti: Scilicet nomine et in persona admodum reverendi domini Jacobi Menschik, qua sacri et exempti ordinis Cisterciensis abbatiae de Pásztho superioris, coram inclyta universitate articulariter unitorum comitatuum Heves et Exterioris Szolnok, in forma solennis reprotestationis detegerentur sequentia: Quomodonam nomine et in persona spectabilis ac perillustris domini Pauli Almásy, qua fratris natu maioris, perillustrium item dominorum Pauli Frater, Alexandri Plathy et Georgii Oláh, postquam occasione particularis congregationis die vigesima secunda praeteriti mensis februarii anno currente Millesimo septingentesimo sexagesimo sexto in episcopali civitate Agriensi contra admodum reverendum dominum Franciscum Janoviczky, actualem oppidi Pásztho plebanum, intuitu exstructi macelli, regaliumque beneficiorum illegitimae sibi vendicationis, certa protestatio et inhibitio contradictioque porrecta fuisset: eotum simul contra reverendos quoque patres Cistercitas in eodem oppido Pásztho iura abbatialia actu possidentes sub praetextu eo, quasi vero iidem quasvis occupationes communiumque beneficiorum usurpationes ad effectum deducere variisque viis

1766. ápr. 29.

1766. febr. 22.

et exquisitis titulis vineas, prata, terras arabiles, pruneta et hortos coemendo, caeteros dominos terrestres appertinentiis privare non cessassent, pascuumque communi proportioni obnoxium in hortos allodiales assumpsissent, vel novis implantationibus replevissent, aut etiam impopulassent, hocque modo via facti quaevis praetensa iura communia, beneficia et appertinentias ad abbatiam applicuissent actuque applicare vel iuris sui efficere haud dubitarent, eadem protestatio extensa directaque cerneretur. Ne proinde praevio modo facta titulatorum dominorum protestantium sinistra expositio iuribus abbatialibus quoquo modo in futurum praeiudicare queat, solenniter coram inclyta universitate velut legitimo protestationum, reprotestationum foro a parte abbatiae praesens reprotestatio publicanda porrigitur et simul declaratur: abbatiam antelatam haud obscure advertere protestationem eandem non tam quorumpiam praetensorum iurium dominorum protestantium tuendi, quam abbatiam Pásztoiensem et in specie eiusdem religiosos inclytae universitatis statuum odio prostitutionique haud promeritae exponendi causa ideo interpositam esse, ne eiusdem abbatiae religiosi in redintegratione iustorum iurium abbatialium optatum progressum debitumque benignarum regiarum resolutionum effectum assequi valeant. Petit itaque abbatia haec Pásztoiensis, futura iurium eiusdem pro cautela, praesentes improthocollari eatenusque solitas testimoniales authentice sibi extradari. Quia vero aequum erat, ut taliter protestantis legali postulato ultra peractam iam praemissorum publicationem fidelemque prothocollationem porro quoque annuamus, pro futura ita acti negotii tum fide, tum memoria iuriumque insertorum securitate desideratas pariter testimoniales literas nostras duximus extradandas, iamque dedimus sub authentico unitorum horum comitatuum sigillo iustitia communi sic exigente. Ex generali nostra congregatione die vigesima
1766. ápr. 29. nona mensis aprilis anno Domini Millesimo septingentesimo sexagesimo sexto, in episcopali civitate Agriensi continuative celebrata. (L. S.)

Extradatum per me, Gabrielem Hegyi memoratorum inclytorum comitatuum iuratum ordinarium notarium.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apát. levélt. Act. abb. Pászt. fasc. 8. nr. 9.

CXXVIII.

Eger. 1766. október 7.

Heves- és Külső-Szolnok vármegye közgyűlése jelenti, hogy Menschik Jakab, a pásztói rendház elüljárója, tiltakozott Janoviczky Ferencz pásztói plébánosnak azon követelése ellen, melylyel némely pásztói gabonavermeket a plébánia tulajdonának vall.

Nos universitas etc. damus pro memoria: Quod cum nos anno, mense, die locove datarum praesentium infrascriptis fine pertractandorum comitatus hos unitos tangentium negotiorum publicorum generaliter congregati etiam continuative consedissemus, a parte reverendissimi domini Philippi Zúri, sacri ordinis Cisterciensis regii et antiquissimi monasterii Vellehradiensis in Moravia, nec non de Pilis et Pászthó in Hungaria abbatis, exhibita sit nobis fine solitae publicationis, prothocollationis extradandarumque testimonialium scripta protestatoria contradictio tenore, qualis ex genuina publicati originalis exemplaris transumptione in prothocollo notatus prostat, per extensum hic insequenti: Scilicet nomine et in persona reverendissimi domini Philippi Zúri, sacri ordinis Cisterciensis regii et antinquissimi monasterii Vellehradiensis in Moravia, nec non de Pilis et Pászthó in Hungaria abbatis, pater Jacobus Mencsik, eiusdem ordinis professus, qua abbatiae de Pászthó superior, in forma solennis reprotestationis, sive reclamationis coram hac inclyta universitate detegeret: Qualiter non sine gravi animi dolore intellexisset, admodum reverendum dominum Franciscum Janoviczky, oppidi Pásztó plebanum, certam protestationem intuitu quarumdam fovearum frumentariarum adversus antelatam abbatiam anno hocce currenti proxima in sede iudiciaria intro porrexisse, quasi vero foveae illae in plaga et circumferentia plebaniae situatae habeantur et ex indultu antecessorum plebanorum effossae fuerint. Quia vero ad notitiam publicam foveas frumentarias in plaga illa a plurimorum annorum decursu praedicta abbatia habere soleat et ut in propria terra authoritate dominali effodi curaverat, nullius unquam indultu indiguit; verum praetextus iste excogitatus est et sinistra expositio. Adverere posset enim reverendus dominus protestans plebanus, 1766. okt. 7.

quod contra eiusdem violentas occupationes et impopulationes taliterque vendicatam sibi iurisdictionem dominalem per saeculares etiam dominos terrestres publica contradictione obviatum fuerit; quia hoc modo et titulo bona pro ecclesiis acquirere et quae antea non habuit, illa privata authoritate procurare, est insolitum et illegale. Tentavit quidem praedecessor domini plebani in plaga illa abbatiam turbare, sed ob huiusmodi violentam turbationem processu quaeruloso in ius attractus fuerat; causaque in levatam sumpta ob interventam medio tempore mortem eiusdem cessavit; nihilominus tamen abbatia quemadmodum antecedenter, ita nunc quoque in reali et continuo usu existeret, consequenter foveas iure dominali effossas teneret et possideret. Hinc annotatus protestans iuribus abbatiae prospicere volens, memoratum dominum plebanum Pásztoiensem ab omni violenta turbatione inhibet, et si quid iuris se habere speraret, lege praescripta et non facti via illud prosequatur. Super quibus pro futura cautela solitas testimoniales sibi extradari postulat. Quia vero aequum erat, ut taliter protestantis legali postulato ultra per peractam iam praemissorum publicationem fidelemque prothocollationem porro quoque annuamus, pro futura ita acti negotii tum fide, tum memoria, iuriumque insertorum securitate desideratas pariter testimoniales literas nostras duximus extradandas, iamque dedimus sub authentico unitorum horum comitatuum sigillo, iustitia communi sic exigente. Ex generali nostra congregatione die septima mensis
1766. okt. 7. octobris anno Domini Millesimo septingentesimo sexagesimo sexto, in episcopali civitate Agriensi continuative celebrata. (L. S.)

Extradatum per me, Gabrielem Hegyi memoratorum inclytorum comitatuum iuratum ordinarium notarium.

Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 8. nr. 11.

CXXIX.

Vácz. 1767. július 9.

A váczi káptalan jelenti, hogy Menschik Jakab pásztói elüljáró tiltakozott az ellen, hogy Janoviczky Ferencz pásztói plébános azon szántóföldeket, melyek az apátság és a plébánia között peresek, határkövel úgy látta el, mintha azok a Szent-Lélek templomához tartoznának.

Nos capitulum cathedralis ecclesiae Vaciensis memoriae commendamus tenore praesentium singnificantes, quibus expedit, universis: Quod admodum reverendus dominus Jacobus Menschik, sacri ac exempti ordinis Cisterciensis professus ac abbatiae beatae Virginis Mariae de Pásztó superior, coram nobis personaliter constitutus, matura prius et exacta annimi sui deliberatione praehabita solennem proposuerit protestationem ac contradictionem sequentibus: Nomine et in persona reverendissimi domini Philippi de Zuri, sacri et exempti ordinis Cisterciensis celeberrimi regii monasterii de Wellehradio in Moravia, nec non de Pilis et Pásztó in Hungaria abbatis, sacratissimae caesareo-regiae et apostolicae maiestatis consiliarii ac marchionatus Moraviae praelati primi, admodum reverendus pater dominus Jacobus Menschik, sacri ac exempti dicti ordinis Cisterciensis professus ac praeattactae abbatiae Beatae Virginis Mariae de Pásztó superior, in forma solennis contradictionis et protestationis coram venerabili capitulo cathedralis ecclesiae Vaciensis detegeret sequentia: Qualiternam admodum reverendus dominus Franciscus Janoviczky, inclytis comitatibus Heves et Exterioris-Szolnok articulariter unitis adiacentis oppidi Pásztó parochus, non attento eo, quod praedeclarata Pásztoiensis abbatia non tantum coram hocce venerabili capitulo annis Millesimo 1762.
septingentesimo sexagesimo secundo et Millesimo septingentesimo 1763.
sexagesimo quinto contradictionem dissensumque suum renovasset, verum iudiciarium repositorium processum quoque tam intuitu fundi pro parochia occupati, quam etiam molendini *Monostor* dicti, nec non variarum eiusdem praedecessorum occupationum, uti et terrarum ac pratorum hisque similium appertinentiarum ac beneficiorum velut accessoriorum, adeoque etiam respectu admodum

reverendi domini patris Francisci Dalmata abbatialis olim provisoris citra legitimam activitatem ac extra abbatialem consensum
1737. adhuc anno Millesimo septingentesimo trigesimo septimo perperam cum parocho olim Pásztoiensi facti cambii erexisset; anno hocce
1767. máj. 14. currenti Millesimo septingentesimo sexagesimo septimo circa diem decimam quartam mensis maii ad plagam intra metas abbatiales existentem, uti exponenti relatum est, cum sibi adhaerentibus ac cum nonnullis attactorum comitatuum commembris atque hominibus eorsum convocatis eundo ibidem, quosdam maioris molis lapides pro disterminativis signis atque metis inter terras abbatiales ac illegitime ad ecclesiam Sancti Spiritus applicatos ac hic et nunc usque decisionem dicti processus per se usurpatos agros in fine utpote seu parte occidentali absque scitu exponentis, nec praemissa eatenus legitima insinuatione, contra omnem iuris ordinem poni collocarique curaverit; hocque modo nefors iuribus abbatialibus praeiudicare vellet. Et licet quidem omnia dicti domini parochi sibique adhaerentium acta et facta lite pendente suscepta irrita essent, signaque metalia sive inter agros, sive inter corporalia territoria citra viam tituli octogesimi sexti partis primae ac
1615. articuli vigesimi Millesimi sexcentesimi trigesimi quinti, ac sine consensu illius, cuius interest, per quoscunque posita ipso iure essent nullitati obnoxia: ne tamen exponens ex parte abbatiae praedeclarato domini parochi actui illegali consensisse videatur, eatenus palam publice ac solenniter coram venerabili capitulo hocce protestatur factoque eiusmodi contradicit, petendo praesentes improtocollari ac super praemissa protestatione et contradictione futura iurium abbatialium pro cautela necessarias testimoniales extradari, prouti etiam solenniter protestatus est, contradixitque coram nobis. Super qua praevio modo coram nobis personaliter scripto facta protestatione ac contradictione praesentes literas nostras testimoniales futuram iurium, quorum interesset, uberioremque ad cautelam necessarias sub sigillo nostro capitulari authentico extradandas esse duximus et concedendas, communi
1667. júl. 9. suadente iustitia. Datum Vacii, die nona iulii anno domini Millesimo septingentesimo sexagesimo septimo, Carolo Szalbek praeposito, Francisco Xaverio Lauchas lectore, Francisco Würth cantore, Paulo Marthonyi custode, Joanne Damiani archidiacono,

Michaele Farkas et Ignatio Magyar fratribus et concanonicis in dicta ecclesia existentibus (L. S.). Lecta in capitulo per me Paulum Marthonyi canonicum custodem, lectore praepedito.

Papirra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 15. nr. 135.

CXXX.

1770. körül.

Almásy János özvegye kéri Ő Felségét, hogy a tepkei birtokosokat és a pásztói lakosságot a vármegye révén tiltsa el a tepkei erdők jogtalan vágásától.

Sacratissima etc . . . .

Cum praedii Tepke potioritas ad ius meum ac successorum meorum pertineat, et quamvis retroactis annis et sub possessorio etiam fiscali, quod ius ex sedecimalitate constans, adhuc defunctus maritus meus a maiestate vestra impetrasset et in usum deduxisset, ita ut sub Pasztoiano Törökiano iuris dominio per hypothecarios continuato et ad me titulo perennali translato, quod ratam mediatatem totius iuris Pasztoiani constituit, sylvae conservatae exstitissent, licet subdivisae non fuissent, et posteaquam iam processus etiam proportionalis actore Andrea Hari institutus existeret et a finali replica ac decisione penderet recentius: attamen tam ab ipsis compossessoribus aliunde minutias respectu iurium meorum possidentibus, quam per temeritatem incolarum Pasztoviensium circa initium mensis octobris anno Millesimo septingentesimo sexagesimo nono ita sylvae illae devastatae sunt, cum damno etiam publici et iurium meorum enormi, ut ad nongentos florenos saltem intra aliquot dies illatum damnum aestimatum haberetur, et nunc quoque compossessores sylvas easdem eradicare, secare glandiferas arbores, sicque ultronee et de die in diem maiora damna inferre non desisterent. Ex quo vero tam publica edicta sylvas ipsis dominis terrestribus utiles, quam publico necessarias eradicare, destruere vetarent; sed et processu proportionali instituto et decurrente, adeoque sub lite nihil innovare et destruere iustitia communis et aequitas legalis exposceret: eapropter, salva tam enorme

factum iuriumque meorum laesionem sua via vindicandi facultate, in eo nunc maiestati vestrae sacratissimae supplico, ut comitatui Neogradiensi, aliunde, ut informor, statutum de conservandis sylvis habenti, demandare benigne dignetur, quatenus compossessores Tepkeienses serio et sub interminatione actionis fiscalis tamquam contra edicta et determinationes comitatus illius sylvas destruentes et eradicantes admoneat, et eo usque, donec processus proportionalis definitus et in executionem sumptus fuerit, sylvas pro lubitu devastare, destruere arboresque glandiferas desecare non praesumant. Si quidem ad usum etiam proprium deriduae arbores, et non fructiferae sufficientes sint, ideo conservare potius debeant ac teneantur. Quam clementiam maiestatis vestrae sacratissimae humillima etc. Anna Borsy, Joannis condam Almásy relicta vidua.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 19. nr. 4.

CXXXI.

Bécs. 1770. február 5.

II. József mint társkormányzó utasítja Nógrád vármegye hatóságát, hogy Almásy János özvegyének kérése alapján vizsgálja meg, vajjon a tepkei birtokosok és a pásztói lakosság, köztük a pásztói apátság is, csakugyan irtják-e az erdőket? s ha igen, ennek véget kell vetni.

Josephus secundus Dei gratia electus romanorum imperator semper augustus ac Germaniae Hyerosolymorumque rex, archidux Austriae qua corregens. Reverendi, honorabiles, spectabiles ac magnifici, magnifici item egregii et nobiles fideles nobis dilecti. Anna Borsy, Joannis condam Almásy relicta vidua humillimum suum isthuc sumendo recursum, quam sensibiliter queruletur, quod per compossessores Tepkeienses sub ipso processus poportionalis decursu et a finali replica ac decisione iam pendentis sylvae substrata per succisionem glandiferarum arborum extreme ruinentur et devastentur, adeoque quidnam passu in hoc clementer ordinari supplicet, ex demissa eiusdem instantia hicce in paribus adnexa uberius estis intellecturi. Quam vobis eo benigno cum mandato transmittendam esse duximus, quatenus de eo quid-

nam intuitu praeattactae quaerimoniae subsit, fidelem et circumstantialem informationem isthuc proximius submittere, interea vero omnem praememoratae sylvae devastationem et damnosam successionem sistere debeatis ac teneamini. In reliquo vobis gratia nostra caesareo-regia benigne propensi manemus. Datum in archiducali civitate Vienna, Austriae, die quinta mensis februarii, anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo. Josephus m. p. 1770. febr. 5
Comes Franciscus Esterházy m. p. Josephus Jablanczy m. p.

Quo in passu, ut tam iniuriatae, quam legibus patriis quaqua ratione satisfiat, determinatum est, quatenus benigni eiusdem mandati tenores cum partibus interessatis medio domini processualis iudicis nobilium immediate in paribus communicentur eaedemque ad observationem observandorum, in quantum nobilitaris praerogativa non obstaret, ex superabundanti admoneantur ac responsum invicem demisse informationis suae maiestati imperatoriae submittendum exsecatur, cui relationem facere desuper incumbet.

Extradatum per me Antonium Muslay de Boros-Jenő, inclyti comitatus Neogradiensis iuratum notarium.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 19. nr. 4.

CXXXII.

Vácz. 1770. május 11.

A váczi káptalan jelenti, hogy Menschik Jakab a pásztói plébános tiltakozásával szemben ellentiltakozását fejezte ki a pásztói peres ház körül emelendő kőfal ügyében.

Nos capitulum cathedralis ecclesiae Vaciensis memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod admodum reverendus pater Jacobus Menschik, qua tamen venerabilis abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pásztó sacri ac exempti ordinis Cisterciensium superior, coram nobis personaliter constitutus, matura prius et exacta animi sui deliberatione praehabita, in forma solennis reprotestationis exhibuerit, praesentaverit ac vivae vocis ministerio confirmaverit contradictionem suam huius tenoris: Nomine et in persona reverendissimi et amplissimi Philippi de Zury, sacri et exempti ordinis Cisterciensis celeberrimi regii monasterii Wellehradiensis in Moravia, de Pilis et Pásztó in Hungaria abbatis etc. pater Jacobus Menschik, eiusdem sacri ordinis professus et dictae abbatiae superior, coram

venerabili capitulo cathedralis ecclesiae Vaciensis in forma solennis reprotestationis, ac in quantum celeriori reinhibitione opus foret, etiam reinhibitionis detegeret in hunc modum: Qualiternam admodum reverendus dominus Franciscus Janoviczky, oppidi videlicet Pasztó inclyto comitatui Hevesiensi adiacentis actualis parochus, omnibus conatibus suis iuribus abbatiae semper inhiare cupiens, iuraque parochialia contra etiam mentem legum regni sanctionumque canonicarum, benignarum item resolutionum regiarum seu ipsi abbatiae, seu vero laicis quoque dominis terrestribus assimilare et exaequare intendens, die vigesima septima aprilis anni
1769. Apr. 27. recenter evoluti Millesimi septingentesimi sexagesimi noni. occasione videlicet generalis congregationis praelibati comitatus Agriae celebratae, quandam protestationem et inhibitionem nulli tamen rationabili vel legali fundamento innixam contra praefatam abbatiam de Paszthó publicari curaverit. In qua protestatione et inhibitione inter reliqua idem dominus parochus id quoque declaraverit, quod ex ratione securitatis iuris asyli parochiam equidem muro cingi curare vellet; verum tamen dictae abbatiae religiosi patres, suis ibidem prope parochiam habitis et excavatis frumentariis foveis, huiusmodi intentionem impedirent. Quia vero non tantum ipsae foveae frumentariae alioquin in fundo abbatiae existentes semper in usu eiusdem abbatiae religiosorum ab antiquo praefuerint et nunc essent, sed etiam domus utraque parochialis tam lignea antiqua, quam etiam murata recentissima in totali sua moderna extensione in exciso abbatiae fundo via facti extructa existeret; atque ex hac ratione tam modernus parochialis illicite usurpatus fundus, quam etiam molendinum *Monostor* et neoillocati per parochum incolae, nec non agri quoque nunc per eundem parochum tenti aeque in abbatiali plaga excisa una cum pratis eorsum pertinentibus sub lite atque processu contra dictum parochum suscitato constituerentur. Hinc sub quocunque praetextu idem parochus mansionem suam ulterius extendere fundumque muro cingere vellet, eatenus occasione praedeclaratae congregationis publicae eiusdem protestationi coram hocce quoque venerabili capitulo reprotestatur et ab ulterioribus praedeclaratis conatibus eundem dominum parochum reinhibet. Et quoniam ius et exercitium asylorum parochiis adhaerentium sine omni murata

cinctura per totum regnum Hungariae a potiori ac plurimis in locis in sua securitate atque immunitate manebat, talismodi per dictum parochum declaratam iuris asyli securitatem nonnisi merum praetextum ulterioris occupationis et in iura abbatialia subreptionis esse a parocho excogitatum. Pars haec protestans abbatialis coram eodem venerabili capitulo candide declarat, petendo praesentes more consveto improtocollari easdemque in forma testimonialium, futura iurium abbatialium pro cautela, sub authentico sigillo extradari. Prouti etiam reprotestatus est et contradixit palam publice et manifeste coram nobis. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Vacii die undecima maii anno Domini [1770. maj. 11.] Millesimo septingentesimo septvagesimo, Carolo Szalbek praeposito maiore, Francisco Würth lectore, Joanne Baptista Damiani cantore, Alexandro Bodonyi custode, comite Cajetano Szaur archidiacono catedrali, Michaële Farkas et Ignatio Magyar fratribus et concanonicis in dicta ecclesia Vaciensi Deo iugiter famulantibus. (L. S.) Lecta in capitulo Vaciensi per Franciscum Würth canonicum lectorem.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Pászt. fasc. 15. nr. 139.

CXXXIII.

A pásztói jószágkormányzó értesíti Zúri Fülöp apátot, hogy Esterházy Károly gróf egri püspök a tized miatt pert akasztott az apátság nyakába; s vele szemben leghelyesebb volna, ha az apát személyesen adná át a kérvényt Ő Felségének.

Illustrissime et reverendissime etc. Illustrissimam dominationem vestram litteras meas ex obedientissima filiali obligatione promanatas rite percepisse, nihil dubito. Ab illo vero tempore quod nullas dederim, expectatio finis fecit, quod voluerim eventum hic decurrentium processuum, et praeprimis urbarialis regulationis significare; sed priusquam de aliis quidquam perscriberem, urgente necessitate, cogor, negotium nostrum cum domino episcopo Agriensi habitum praeinsinuare. Idem enim, nil curato suae maiestatis mandato, denuo nos aggressus est alia actione ratione petitae decima-

tionis episcopalis, et postquam pro fine praefixo dominus Okolitsanyi non venisset, coactus sum opera et consilio alterius domini procuratoris uti; cuius quidem dexteritatem velut omnimode commendatam habeo, ita consilio eiusdem illustrissimae dominationi vestrae insinuo, nos feliciorem rerum nostrarum eventum non habituros, quam si concinnata et hic acclusa instantia per illustrissimam dominationem vestram suae maiestati personaliter praesentaretur. Illius vero promotio ita mihi est proiectata, ut illustrissima dominatio vestra bono in antecessum tempore nobis significaret, quo tempore indubie sit futura Viennae, ibidemque ubi locorum quaerenda sit, ut praehabita ista informatione nos hinc nostrum mitteremus hominem cum processu et aliis necessariis, qui negotium isthoc ibidem ita moderaret, ut illustrissimae quoque dominationi vestrae pleniorem et uberiorem informationem dare posset. Et sic transmissa ista instantia non prius, quam cum adventu nostri hominis promoveretur. Illustrissima proinde dominatio vestra dignabitur de negotio isto uberius deliberare, et quid nobis faciendum, quid item omittendum sit, committere; sola enim acta citra praesentiam subiecti transmittere vix illum optatum haberet finem, quem consequeremur cum speciali eatenus ponenda dispositione, adeoque consecrandis cum hoc fine expertis.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 9. nr. 5. l.

CXXXIV.

Wellehrád.

Züri Fülöp pásztói apát kéri Mária Terézia királynét, védje meg az apátságot Esterházy Károly gróf püspöknek a tizedre vonatkozó követelése ellen.

Sacratissima caesareo-regia maiestas, etc. Ita res abbatiae Pasztoiensis litibus pressa continuatur, prout praeterito mense augusti coram clementissimo maiestatis vestrae sacratissimae throno conquestus sum, quod modicus illius proventus, quominus aliqua in parte ad pias etiam convertatur eleemosynas, nedum intertentioni religiosorum ibidem residentium sufficiat, adeo praetextuosis

quibusdam quaestionibus ad molestarum litium expensas distrahatur; in tantum quidem, quod ipsarum etiam benignarum protectionalium publicationis occasione plane eodem in negotio, cuius intuitu suspensorium maiestatis vestrae sacratissimae mandatum acceptari debebat, seu novus, seu continuatorius processus praeparatus subseque modalitate hicce in genuinis paribus communicata etiam institutus fuerit. Positiva enim maiestatis vestrae sacratissimae voluntas in mandato diei vigesimae secundae mensis augusti expressa decima quinta octobris publicata illa fuit, ut comitatus Hevesiensis submittat informationem processus illius, quem episcopus Agriensis contra superiorem abbatiae Pasztoviensis moverat et sententiae executionem interea in suspenso relinquat. Qualis attamen iam fuerit submissa vel submittatur informatio, eo quod ignorem status illius processus per me quoque sub numero primo adnectendus est; interim neque praementionatum maiestatis vestrae sacratissimae mandatum posuit illud impedimentum, quominus eadem die eodemque loco praesentis communicati processus respectu eiusdem substrati instaurata actio usque futuram maiestatis vestrae sacratissimae benignam resolutionem in suspenso teneretur; sed in termino iudiciario quomodo eadem adursa, quomodo item ex parte abbatiae excusata, hocque non obstante tractata fuerit, paria processus humillime praesentata documento sunt. Quocirca non mihi convenit, taliter cum abbatia actorum rationes rei inharentes uberius attingere, nam illae ex consideratione praemissorum suapte semet insinuant. Illud tamen est, de quo coram clementi maiestatis vestrae sacratissimae throno conqueri necessitor, quod veluti prioribus turbulentis temporibus praementionata abbatia in nihilum abivisset, nisi benigna caesareo-regia protectione contra excursiones et occupationes tuita fuisset: ita hoc tempore, quo vix quidem aliqua illorum supersunt vestigia, verum litibus aliisque gravibus expensis tanto exposita est periculo, ut nisi sacratissima maiestas vestra eandem pari ratione contra lites clementer protegat, non est possibile, ut semel fundata et posita res ecclesiastica immobilis maneat; praeprimis dum etiam eo venerit, ut praeterquam quod contra quesitum seculare defendatur, iam et clerus contra clerum agere atque ita domesticis quasi simultatibus abbatiales proventus minuere nitatur, et quidem modalitate per abbatiam vix

aug. 22.
okt. 15.

unquam superanda. Nam actor episcopus una simul supremus comes est, cuius postulata ad executionem tendentia, nisi hoc ex invidenti aliquo modo legalem subeant limitationem, futuras praefatae abbatiae tristes mutationes vel imaginari dolorosum est. Maiestati itaque vestrae sacratissimae fundationum ecclesiasticarum supremo patronatus iure competente, nequid ponderis ex dissimulationis ratione mea portet conscientia, praemissa coram clementi maiestatis vestrae sacratissimae throno repraesentare atque in tempore ferendum supremi patronatus iuris auxilium demisissime implorare sustinui Quod ipsum in homagiali submissione anxie praestolaturus, persevero sacratissimae maiestatis vestrae etc.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 9. nr. 5. II.

CXXXV.

Eger. 1770. október 10.

Heves- és Külső-Szolnok vármegye gyűlése, Esterházy Károly gróf egri püspök kérésére, az egyik alispánt küldi ki a tizedper elintézésére.

Nos universitas praelatorum, baronum, magnatum et nobilium comitatuum Heves et Exterioris Szolnok articulariter unitorum
1770. okt. 15. damus pro memoria: Quod cum nos anno, mense, die locove datarum praesentium infrascriptis, fine pertractandorum comitatus hos unitos tangentium negotiorum publicorum, generaliter congregati consedissemus, excellentissimus, illustrissimus ac reverendissimus dominus Carolus comes Eszterházy de Galántha, qua tamen episcopus Agriensis, medio libelli detexerit coram nobis:
1769. Qualiter anno recenter praeterlapso Millesimo septingentesimo sexagesimo nono contra reverendum in Christo patrem Jacobum Mencsik, qua tamen comitatui huic Hevesiensi adiacentis patrum Cisterciensium conventus Pásztoiensis superiorem, intuitu denegatae in territorio oppidi Pászthó decimae ex usu virtute articulorum
1548. sexagesimi primi Millesimi quingentesimi quadragesimi octavi,
1609. decimi septimi Millesimi sexcentesimi noni, decimi noni Millesimi
1615. sexcentesimi decimi tertii, quadragesimi quinti Millesimi sexcentesimi

decimi octavi iudiciarium promovisset processum, in eodemque tam 1618.
coram procedente vicecomite, quam vero per viam appellatae in sede iudiciaria fundamento praerepetiti usus ac ad mentem praecitatorum articulorum favorabilem obtinuisset sententiam: attamen nihil ducta eiusmodi sui convictione, rursus ac de novo anno quoque altero, currente quippe Millesimo septingentesimo septuagesimo, in praedicto ter- 1770.
ritorio oppidi Pászthó, in parte utpote praetensive abbatiali exmissos decimatores suos praepedire non dubitasset desumptionemque iuris sibi exinde competentis neutiquam admisisset. Cum autem ad contextum praecitatorum articulorum eiusmodi contumaces violentique decimarum turbatores et detentores toties quoties pro numero intentati actus in poena dupli, refusione item damnorum et expensarum authore vicecomite, praescissis omnibus iuridicis remediis, indilate convincendi venirent, et ideo pro iudiciaria negotii revisione, discussione finalique decisione et casu ita ferente exequendorum quoque executione alterutrius dominorum vicecomitum more solito et de praxi unitorum horum comitatuum exmitti cupivisset, iurisque cautelis et beneficiis actionalibus libellis inseri solitis et ad promotionem acquisitionemque causae quacunque modalitate necessariis generalibus reservatis firmiter inhaereret. Nos quoque legali tali postulato assensi, alterutrum dominorum vicecomitum nostrorum in finem praemissum omni legali potestate nobis per legem attributa auximus, ac ita servatis iis, quae de lege praxique communi statutisque unitorum horum comitatuum servare incumbit, loco et tempore opportuno „processurum, tandem vero seriem totius negotii eo, quo peractum fuerit, ordine nobis confestim ac fideliter relaturum duximus exmittendum, imo iam exmisimus virtute praesentium nostrarum literarum, quas dedimus sub authentico unitorum horum comitatuum sigillo, iustitia communi sic exigente. Ex generali nostra congregatione die decima quinta mensis octobris anno Domini Millesimo septin- 1770. okt. 10.
gentesimo septuagesimo, in episcopali civitate Agriensi celebrata (L. S.) Extradatum per me Gabrielem Hegyi, memoratorum inclytorum comitatuum iuratum ordinarium notarium. (L. S.)

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 9. nr. 10.

CXXXVI.

Wellehrád.

Zúri Fülöp Mária Terézia királynétól kéri, hogy az egri püspökkel folytatott tizedperét a királyi táblához föllebbezhesse.

Sacratissima caesareo-regia et apostolica maiestas! Ungariae Boëmiaeque regina! Domina, domina clementissima! Ab exordio reapplicatae iure postliminii sacro ordini meo Cisterciensi abbatiae Pasztoviensis assidue, absque unius anni respirio abbatia illa acerbis exagitatur fluctibus litigiosis, adeo, ut modicum illum proventum lites absorbeant, imo neque sufficeret, nisi incrementum et opem ferrem ex abbatia mea Vellehradiensi. Recenter accidit, quod episcopus Agriensis ad streperum me provocaverit forum intuitu praetensae decimae ex exciso metisque distincto terreno abbatiali; ad quod penes caesareo-regias clementer resolutas collationales a gloriosae memoriae Leopoldo per fiscum regium meus praedecessor Andreas Zolnay introductus fuit, qui privative penes sibi competentem immunitatem a iure ecclesiastico et laico attributam in possessorio excisae plagae abbatialis praeexstitit citra omnem ab episcopis Agriensibus attentatam praetensionem, aut exactionem decimae. Ego aeque eadem praerogativa, qua mei praedecessores muniti et adornati praeexstiterunt, frui cupiens, iuris mihi attributi in sphaera praedecessorum meorum activitatem exercui, neque meo pacifico possessorio iura aliena vellicare, minus vulnerare attentavi; eo tamen non obstante, praesentis causae institutum licet nec in actione, nec in actoratu sit legitime fundatum, imo pro fundamento ponit usum quendam obscurum et violentum, attamen me adeo ferit, ut proximum immineat periculum gravissimi praeiudicii et admodum sensibilis damnificationis; igitur pro antevertendis his malis censui caesareo-regiam fore interpellandam clementiam, qua benigne prospicere dignaretur sacratissima caesareo-regia maiestas vestra non solum meis iuribus abbatialibus, verum etiam iuribus saecularium, siquidem praemissa modalitate valde noxia struitur via; posset enim evenire casus talis, qualis mihi in Paszto evenit, quo dominus terrestris ex motivo sublevandi

subditum daret illi sive unum, sive plura iugera ex suis allodialibus terris, eotum episcopus indubie exigeret decimam, et ita conaretur dominum huius terrae impedire, ne illam possit suae allodiaturae reapplicare. In praesenti instituto incumberet episcopo actionem fundare non in praeiudicioso, verum in primaevo usu a prima fundatione abbatiae enato. Inde est. quod cogar augustum accedere thronum, supplex orans pro benigne resolvendo mandato, penes quod liceret mihi intra dominium appellare ad regiam tabulam, per id enim nil derogabitur actionanti episcopo, maturius expendetur causa, et si approbata fuerit sedis iudiciariae sententia, eo tum adiudicatam accipiet, atque ita indemnis episcopus conservabitur. Ut autem expositio mea illibata recognosci valeat, ex eo pro claritate rei in summa devotione annecto speciem facti ex ipsis ab utrinque fundamentalibus inallegatis desumptam. In reliquo dum firmiter spero huic meo iusto et aequo postulato caesareo-regium clementer accessurum annutum, pro quo non intermittam cum meo coetu religioso coelestem exorare remunerationem et in longaeva vita divinam protectionem humillime deflexo poplite supplicans, emorior. Sacratissimae caesareo-regiae et apostolicae maiestatis, Ungariae Boemiaeque reginae, dominae dominae clementissimae humillimus vasallus et devotissimus capellanus Philippus de Zuri abbas Vellehradiensis in Moravia, Pilisthiensis (igy) et Pastoviensis in Ungaria.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc 9. nr. 6.

CXXXVII.

Wellehrád.

Zúri Fülöp Mária Terézia királynétól kéri a parancsot a pozsonyi kamara részére az 1272-iki oklevél átírására nézve; továbbá ismételten folyamodik az egri püspök részéről megindított tizedpernek a királyi táblához leendő áttételéért.

Sacratissima caesarea et apostolico-regia maiestas, domina domina clementissima! Abbatia Pasztoiensis primis statim saeculis pro ordine Cisterciensi ex munifica divorum Hungariae regum liberalitate fundata erat; post infaustam nihilominus cladem Mohacsianam, Turcica vi regnum inundante, clerus Hungaricus potiori parte aut funestum subiit excidium, aut in exilium actus literis spoliatus, bona direpta. Haec infelix calamitas tetigit abbatiam etiam Pasztoiensem. Dissoluto tandem faustis magni Leopoldi armis post centum triginta septem annos barbaro dominatu, ex clementia caesareo-regia ordo noster Cisterciensis iure postliminii ad antedictam abbatiam rediit quidem, complures attamen nobiles sub calamitoso illo turbine compossessorium in bonis abbatialibus ingredientes, iura abbatiae, quae aliunde modica sunt, involare, occupare, restringere, litibus lacessere non desinunt. Quoniam autem abbatia cum exilio ipsas etiam literas potiori parte amiserat, ex defectu literarum et in litibus et contra potentiosas involationes in ambiguo fluctuat. Restabilito pietate Magni Leopoldi postliminio, potestate caesareo-regia camerae Hungaricae commissum erat, quatenus literalia instrumenta inibi reposita, dictam abbatiam respicientia, eidem pro iurium tuitione extradarentur, quemadmodum etiam nonnulla sunt extradata. Aderat inter reliqua in archivio (igy) camerali in origine certum metale privilegium
1272. Ladislai regis de anno Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo pro Stephano attunc agazonum reginalium magistro, intuitu castri Ágas et villarum Kutassov, Barkán et Tar elargitum, in quo privilegio metatio inter praedeclarata loca et tenuta abbatiae Pasztoiensis signorum limitatione distingvebatur. Iuxta benignum indul-
1718. tum caesareo-regium in anno Millesimo septingentesimo decimo octavo sub vidimatis paribus per cameram Posoniensem privile-

gium istud ordini nostro fuit extradatum. Quoniam autem authentia instrumenti huius per adversarios disputaretur in iudiciis eapropter, ut in defendendis iustis iuribus aliunde a supremo sacratissimae maiestatis vestrae patronatus iure dependentibus ex parte dictae abbatiae me cum securitate in iudiciis sistere possim, augustum maiestatis vestrae thronum supplex accedo, dignetur ex ingenita erga ecclesias Dei curae suae creditas pietate antedictae camerae Posoniensi demandare, ut praedictum Ladislai regis privilegium, cuius intuitu aliunde nullum teste directorali opinione ad cameram iam expedita subversatur fisci regii praeiudicium, mihi et abbatiae in forma probante extradet. Clementissima domina! Dederam ego recentius in certa causa decimali ex parte praedictae abbatiae humillimum ad sacratissimam maiestatem vestram memoriale, in quo in omni submissione instabam eatenus, quatenus causa illa decimalis ex subversantibus processualibus circumstantiis per comitatum Hevesiensem ad tabulam sacratissimae maiestatis vestrae regiam iudiciariam intra dominium transmitteretur. Erga supplicem illum meum libellum sacratissima maiestas vestra intuitu processualium circumstantiarum a comitatu Hevesiensi informationem benignissime petere dignabatur, quemadmodum etiam pro homagiali obligatione dictus comitatus demandatam informationem in subiectione submisit. Ego porro sacratissimae maiestatis vestrae de genu interpello clementiam, dignetur vi supremae potestatis, ex rationibus et motivis in priore instantia mea ubertim declaratis, comitatui Hevesiensi clementer demandare, quatenus pro antevertenda iurium abbatialium convulsione processum illum decimalem fine uberioris revisionis ad tabulam sacratissimae maiestatis vestrae iudiciariam regiam intra dominium transmittat. Hac ratione neutrius partis collitigantium iura violabuntur, sed in suprema curiali decisione conquiescent. Ego porro cum meis pro incolumitate et fausto regimine ad aras votalitaturus Altissimo in perenni devotione maneo sacratissimae maiestatis vestrae humillimus perpetuoque fidelis subditus etc.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 9. nr. 7.

CXXXVIII.

Bécs. 1771. julius 31.

Mária Terézia királyné Heves és Külső-Szolnok vármegye hatóságának meghagyja, hogy az egri püspökkel folytatott tizedpert alaposabb megvizsgálás czéljából a királyi tábla elé terjesszze.

Maria Theresia Dei gratia Romanorum imperatrix vidua, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Sclavoniaeque regina apostolica, archidux Austriae etc. Reverendi, honorabiles, spectabiles ac magnifici, magnifici item egregii et nobiles fideles nobis dilecti. Demissa informatione vestra circa instantiam Philippi Zúri, Wellehradiensis in Moravia et Pilisiensis ac Pásztoviensis in Hungaria abbatis, in eo positam, ut causam, per episcopum Agriensem respectu decimae ex exciso metisque distincto abbatiali terreno praetensive competentis contra patrem superiorem Pasztoviensem suscitatam, a sede vestra iudiciaria ad tabulam nostram regiam intra dominium partis in causam attracti transmitti praecipere dignaremur, benigne accepta, quoniam petitum supplicantis tum processuales circumstantiae, cum vero ea consideratio, quod ex superrevisione causae huius per altiora fora intra dominium in causam attracti in actorem nullum damnum redundare commendarent: propterea vobis benigne rescribendum unaque committendum esse duximus, quatenus praeattactam causam fine maturioris revisionis ad curiam nostram regiam omnimo intra dominium partis in causam attractae transmittere debeatis. Vobis in reliquo gratia nostra caesareo-regia benigne propensae manemus. Datum in archiducali civitate nostra Vienna, Austriae, die trigesima prima
1771 júl. 31. mensis iulii, anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo primo. Maria Theresia. m. p. Comes Georgius Fekete. m. p. Antonius Klobusiczky. m. p.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 9. nr. 8.

CXXXIX.

Wellehrád.

Zúri Fülöp pásztói apát kéri Mária Terézia királynét, hogy a tizedszedést függeszsze föl mindaddig, míg a királyi kuria a tized-ügyben dönt.

Sacratissima caesareo-regia etc. Posteaquam sacratissima caesarea et apostolico-regia maiestas vestra erga humillimam meam instantiam in causa episcopi Agriensis contra me, ob denegatam decimam ex fundis ad abbatiam Pasztoiensem pertinentibus et terris ac vineis eiusdem allodialibus praetensam, ad desumendam poenam dupli mota et prosecuta ac per mei convictionem in foro tam procedentis vicecomitis, quam sedis iudiciariae comitatus decisa, sacratissimae maiestati vestrae pro clementer elargiendo mihi benigno mandato intra dominium transmissionali porrectam, comitatui Hevesiensi clementer rescribere et mandere dignata fuit, ut causa in eodem, suspensa interea executione, genuinam informationem summae fatae maiestati vestrae submittere debeat. Memoratus episcopus per decimatores suos homines exactionem praetensae decimae hoc etiam anno in mense augusto tentavit, et quia constitutus ibidem administrator meus sacri mei ordinis professus et superior decimationem non admisit, sciens, exstare pro ipso in comitatu sacratissimae maiestatis vestrae benignum mandatum suspensorium; tamen post publicationem illius regii sacratissimae maiestatis suspensorii mandati die immediate sequenti, durante videlicet eadem adhuc congregatione, eundem ad administratorem et superiorem a me constitutum ad dandam denegationis praetensae illius decimae rationem in praesentiam eiusdem ordinarii comitatus Hevesiensis vicecomitis certificari fecit cum transmissione convictivae illius tam in partibus, quam in sede iudiciaria latae, in priori per benignum maiestatis vestrae mandatum suspenso processu sententiae eo fine, ut in conformitate illius quoad hunc etiam postremum non admissae decimationis actum paritate et exemplo illius convincatur abbatia; quod procul et sine dubio experiri etiam et subire cogar, nisi subsequendae istius iteratae et novae convictionis meae secutura proxime executio praeveniatur

adventu clementissimae maiestatis vestrae resolutionis et nisi clementissimae sacratissimae caesareae et apostolicae maiestatis dispositione sistatur, huius etiam novi poenalis contra me, seu dictum administratorem suscitati processus cursus interea, donec clementissima maiestatis vestrae resolutio ad priorem supplicem meam instantiam benigne elargienda eidem comitatui intimetur. Lis est augustissima domina, an abbatia Pastoiensis decimas episcopatui dioecesano pendere debeat, an abbati ipsi competant, ad normam aliorum abbatum secundum positivas in processu inductas leges regni huius et exemptionalia praeterea privilegia ad eundem processum producta? actio vero contra abbatiam in umbratili et subreptitio, minime autem legali, praetenso tamen usu fundata. Quid periculi iuribus episcopalibus impendere potest ex mora, quod causae a parte abbatiae ad curiam maiestatis vestrae sacratissimae caesareo-apostolicae regiam appellatae ibidem futura revisio et finalis decisio requirit, si vel maxime per clementissimum sacratissimae caesareae et apostolicae regiae mandatum concedendum, seu benigne commissa fuerit eiusdem acceleratio? si favorabilem obtenturus est episcopatus ibidem decisionem? Abbatia utique dictandam poenam subire et in reliquo pro futuro fundos suos decimis de lege obnoxios eidem decimae submittere debebit. Si autem absolutoriam obtentura est sententiam, ut quid gravari deberet nunc onere poenalis executionis et eotum rursum in sui in integrum restitutione reexecutionalibus fatigiis et dispendiosis expensis et praebere acatholicis etiam exultationis materiam per litigiosam istiusmodi ecclesiarum collisionem? Humillime ad maiestatis vestrae thronum pronus et supplex et ad clementiam sacratissimae maiestatis vestrae denuo excurrere cogor, quatenus clementissime eousque sisti facere dignetur maiestas vestra sacratissima continuationem impetitionum istuismodi praetensivarum decimalium ab abbatia hac et litis eatenus de novo suscitatae prosecutionem, donec revisa et decisa in curia regia causa eadem ferenda superanda sententia parti utrique norma futura et sui directiva. In reliquo dum firmiter spero huic meo iusto et aequo postulato caesareo-regium clementer accessurum annutum, pro quo non intermittam cum meo coetu religioso coelestem exorare remunerationem et in longaeva vita divinam protectionem, humillime deflexo

poplite emorior sacratissimae caesareo-regiae et apostolicae maiestatis Ungariae, Boemiaeque reginae dominae dominae, naturaliter clementissimae humillimus vasallus et devotissimus capellanus Philippus de Zuri, abbas Wellehradiensis in Moravia, Pilisiensis et Pasztoviensis in Hungaria.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 9 nr. 11.

CXL.

Mária Terézia királyné részletesen megokolt leiratban újból meghagyja Heves- és Külső-Szolnok vármegye hatóságának, hogy az egri püspök és a pásztói apátság közötti tizedpert a királyi kuriához küldje föl.

Maria Theresia etc. fidelibus nostris reverendis, honorabilibus, spectabilibus ac magnificis, magnificis item et egregiis supremo et vicecomitibus, iudicibus nobilium et iuratis assessoribus, toti denique universitati praelatorum, baronum, magnatum et nobilium comitatuum nostrorum Heves et Exterioris Szolnok unitorum sive in generali, sive particulari congregationibus, aut sede iudiciaria constitutis salutem et gratiam. Expositum est maiestati nostrae nomine et in persona fidelis nostri honorabilis Philippi de Zúri, ordinis Cisterciensis monasterii Vellehradiensis in Moravia, nec non de Pilis et Pásztó in Hungaria abbatis, consiliarii nostri et marchionatus nostri Moraviae praelati primi: Qualiter fidelis pariter noster nobis sincere dilectus reverendus, spectabilis ac magnificus comes Carolus Eszterhazy de Galantha, episcopus Agriensis et consiliarius noster actualis intimus, ex fundamento praetensi usus ratione decimae ex plaga abbatiali limitibus septa inque territorio oppidi Pásztó praefatis unitis comitatibus adiacente habita desumendae, contra antelati exponentis in abbatia sua de Pásztó constitutum superiorem religiosum Jacobum Menschik, anno proxime praeterito, coram vicecomite iudiciarum ad poenam dupli erexisset ex eo processum, quod videlicet dum anno Millesimo septingentesimo sexagesimo septimo praefati episcopi homines 1767.
decimam ex praedicta plaga abbatiali in natura exigere voluissent,

eotum praelibatae abbatiae superior denegasset et decimatores repulisset; in cuius processus decursu, non obstantibus in eversionem iudicatus et actionis producta bulla pontificia ordinem Cisterciensem a solutione decimae eximente, aliisque exhibitis documentis, memoratae abbatiae superior in poenas dupli damnorumque et expensarum refusione, tanquam violentus desentor et turbator, decimae non solum in partibus, sed et in sede iudiciaria convictus exstitit; eademque vestra sedes iudiciaria non acceptando transmissionale mandatum a locumtenente nostro regio serenissimo duce Saxoniae Alberto impetratum suoque modo sedi vestrae iudiciariae praesentatum, ulteriorem ad curiam nostram regiam intra dominium appellatam, contra tenores dicti transmissionalis mandati denegavit damno et praeiudicio laesioneque iurium abbatialium valde gravibus et manifestis. Quia vero usus ille ab episcopo assumtus per incolas Pásztovienses tanquam subarendatores decimarum, vi et potentia mediante, introductus fuerat et plaga actionalis in specie ipsis alioquin separata et limitibus distincta exarendata non erat: ideo factum subarendatorum iuribus abbatiae praeiudiciare non potuit; cum praesertim mentionata plaga ab origine a solvendis decimis exempta, adeoque natura sua libera fuerat et nunquam antiquis etiam temporibus decima ex eadem plaga desumpta exstitit; leges item patriae abbates tanquam praelatos iobbagiones habentes ad desumendas decimam et nonam sub poena cogerent, adeoque hac in parte episcopis aequipararent. Unde natura et indoles causae huius privilegiorum discussionem involveret tanto magis, quod causa subversetur inter praelatos et inter illos, ratione decimae vigentes differentias olim rex iudicabat, nunc vero ad curiam regiam pertinerent, per consequens forum comitatense incompetens esse dignosceretur. His praeterea accedit, quando episcopus exactionem decimae tentaverat
1767. anno Millesimo septingentesimo sexagesimo septimo, iam prius multis annis abbatia in plaga actionali septimam desumpsit, episcopus autem in petitorio constitutus fuit; ideo ex usu praetenso actionem habere nequiret, quae actualem usum turbatum requireret; leges item ratione decimarum conditae pure laicos et saeculares decimis obnoxios ligarent, clerum neutiquam tangerent. Actio igitur sub praetextu usus ad acquirendam decimae proprietatem

ex praedeclaratis circumstantiis locum habere non posset; verum causa ad suam competentiam relegari deberet. Vellet proinde memoratus exponens abbas praedictam causam, velut discussionem privilegiorum necessario involventem et inter clerum subversantem, ex sede iudiciaria vestra ad curiam nostram regiam intra dominium transmitti facere lege regni admittente. Supplicatum itaque exstitit maiestati nostrae nomine et in persona praelibati exponentis debita cum instantia humillime, quatenus eidem de condigno benigni videlicet mandati nostri transmissionalis remedio clementer providere vobisque eatenus mandare dignaremur, nec pateremur eundem iustis suis iuribus tam improvise destitui. Cum autem iusta petenti non esset denegandus assensus et alioquin causae decimarum ex usu prosequendae directe laicos respicerent, qui episcopos ex actuali usu violenter turbarent et decimam denegarent; exponens autem abbas multis antea annis in desumptione septimae esset constitutus, sicut antiquis temporibus, ita et recentioribus actionalis plaga ab onere decimae episcopis debita exempta haberetur ad mentem articulorum sexti Ludovici Primi et quadregesimi octavi Uladislai decreti primi abbatibus tam nonam, quam decimam a suis subditis exigere permittitur, consequenter exponens abbas tum ex privilegiis sensu tituli noni prologi, tum vero praecitatis legibus in bonis suis ab omni onere decimae exemptus esse dignosceretur; causa demum inter praelatos ratione decimarum vigens iuxta articulum quadragesimum quintum Mathiae decreti sexti altius forum respiceret, ac ideo sub praetextu subreptitii usus proprietas decimarum in comitatu acquiri nequiret; verum quemadmodum causae, in quibus privilegiorum productio et proprietatis discussio intercederet, vigore articulorum decimi quarti Millesimi sexcentesimi decimi octavi et vigesimi octavi Mil- 1618.
lesimi septingentesimi decimi quinti ad tabulare forum pertine- 1715.
rent: ita episcopo in petitorio constituto ex praetenso usu violento et subreptitio, velut durante adhuc arendae tempore per oppidanos habitae suapte cessante, adeoque pridem alterato in plaga abbatiali actoratus haud competeret; verum causa inter clerum subversante, hocque modo collisionem privilegiorum necessario involvente, ex praemissis reflexionibus appellata intra dominium ad curiam regiam transmitti deberet. Pro eo vobis harum serie

benigne comittimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque sic, uti profertur, stantibus seque habentibus, stante eo, quod causa inter praelatos subversetur et abbas cum suo ordine per bullam pontificiam ab onere decimae exemptus sit; praeterea per legem abbati quoque in bonis suis, prout episcopo nonam et decimam exigendi potestas concessa fuerit, adeoque plaga actionalis limitibus distincta usu etiam reali ab onere decimae exempta habebatur, consequenter manifesta incompetentia iudicatus pedanei subversetur: ex praenotatis reflexionibus praedeclaratam causam cum tota processus serie ad curiam nostram regiam intra dominium transmittere, taliterque, non obstante facta pro peragenda executione exmissione vestra, huic benigno mandato nostro obtemperare noveritis, debeatis et teneamini, communi suadente iustitia, secus nec facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum etc.

Papirosra irt egyszerű másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. f. 9. nr. 9.

CXLI.

Pozsony. 1772. augusztus 22.

A pozsonyi káptalan jelenti, hogy Menschik Jakab pásztói elöljáró tiltakozott azon nyilatkozat érvényessége ellen, melyet Wlach Róbert állított ki bizonyos okiratoknak a kir. fiscussal szemben való felhasználhatóságára nézve.

Nos capitulum ecclesiae Posoniensis damus pro memoria tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod reverendus in Christo pater Jacobus Menschik, sacri et exempti ordinis Cisterciensis regii monasterii Beatae Virginis Mariae de Vellehrád in Moravia professus, coram nobis personaliter constitutus, nomine et in persona illustrissimi ac reverendissimi domini Philippi de Zury, dicti ordinis Cisterciensis regii monasterii Beatae Virginis Mariae de Vellehrad in Moravia, nec non de Pilis, et Pásztó in Hungaria abbatis, sacratissimae caesareae et regio-apostolicae maiestatis consiliarii et marchionatus Moraviae praelati primi, qua legitimus eiusdem plenipotentiarius ad casum praesentem specialiter deputatus et abbatiae Pastoviensis actualis superior, in

forma solennis protestationis, contradictionis, inhibitionis, invalidationis, revocationis et annullationis detexerit et significaverit; tandemque protestationem, contradictionem et inhibitionem, latino idiomate confectam, scripto etiam exhibuerit et praesentaverit nobis tali sub tenore authenticandam: Nomine et in persona illustrissimi ac reverendissimi domini Philippi de Zuri, sacri et exempti ordinis Cisterciensis regii monasterii Beatae Virginis Mariae de Vellehrád in Moravia, de Pilis et Pásztó in Hungaria abbatis, sacrae caesareo-regiae et apostolicae maiestatis consiliarii et marchionatus Moraviae praelati primi, pater Jacobus Menschik, sacri et exempti ordinis Cisterciensis, regii monasterii Beatae Virginis Mariae de Vellehradio professus et abbatiae Pastoviensis actualis superior qua alte titulati domini praelati legitimus plenipotentiarius, ad praesentem casum specialiter deputatus, in forma solennis protestationis, contradictionis, inhibitionis, invalidationis, revocationis et annullationis, declaravit sequentibus coram venerabili capitulo Posoniensi: Qualiter nimirum pater Robertus Wlach, eiusdem sacri ordinis et loci professus, legitimus aeque plenipotentiarius antelati domini praelati, se immisisset ad subscribendas certas reversales in excelsa regia hungarico-aulica camera Posoniensi emanatas, intiuitu quorundam documentorum in eadem camera expeditorum. Quoniam autem iisdem reversalibus admodum praeiudiciosae et damnosae adhaererent conditiones, ne videlicet penes illa documenta levata liceat contra fiscum regium agere, insuper etiamsi in quocunque loco credibili quaedam documenta reperirentur, neque illis contra fiscum regium liceat uti, aeque non licebit fiscum regium pro evictione evocare. Ex quo ergo praemissae conditiones tam praeiudiciosae et damnosae efficerentur, ex eo contra praefatam subscriptionem reversalium protestans protestatur, protestando contradicit, contradicendo inhibet, inhibendo invalidat, invalidando annullat, petitque praesentes revocatorias, invalidatorias in venerabilis capituli Posoniensis protocollum improtocollari et consvetas literas testimoniales in authentico expediri. Super qua antelati reverendi patris Jacobi Menschik, modo praemisso coram nobis facta et celebrata ac scripto quoque exhibita et praesentata hisceque literis nostris, de verbo ad verbum, sine diminutione et augmento aliquali inserta et inscripta protesta-

tione, contradictione et inhibitione praesentes literas nostras testimoniales memorato protestanti, iurium supratitulati domini abbatis futuram ad cautelam necessarias, sub sigillo nostro capitulari usitato et authentico extradandas esse duximus et concedendas, commune suadente iustitia. Joanne Spacz lectore, Andrea Friderico Scuppancsigh lectore, Georgio Rumer custode, Joanne Petro Scacchi, barone Carolo Dujardin, Stephano Abranics, barone Maria Carolo de Borie, Joanne Fandly, Andrea Szabó, Francisco Viola, Stephano Barinay et Ignatio Horthy, canonicis Deo in ecclesia iugiter famulantibus. Datum sabbatho proximo ante dominicam undecimam post Sanctam Pentecosten, in diem vigesimam
1772. aug. 22. secundam mensis augusti incidente. Anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo secundo. (L. S.) Lecta in capitulo et extradata per me Joannem Spacz, praepositum Sancti Michaelis Archangeli de insula Leporum ad Budam, antelati capituli lectorem et canonicum.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 11. nr. 8.

CXLII.

Pest. 1776. november 10.

Vörös Antal budai tankerületi kir. főigazgató értesíti Zíri Fülöp pilis-pásztói apátot, hogy az egri collegiumot és gymnasiumot Beitler Methód pásztói házfönöknek, s így a cziszterczi rendnek királyi rendeletre átadta.

Illustrissime et Reverendissime Domine Abbas mihi singulariter Colendissime!

Cum suae Maiestati sacratissimae, pro materna clementia et in regni nostri commoda providentia, optimam in probitate et literis doctrinarum iuventutis educationem in omnibus partibus inducere et constabilire visum esset: ad haec amplissima et immortali omnium civium amore et gratissimi animi significatione digna consilia implenda sacrum quoque ordinem illi benignissime adhibere placuit, et Agriensi gymnasio per eum idoneis institutoribus provideri voluit; atque hunc in finem collegium abolitae Socie-

tatis et scholas per me ad id benigno intimato delegatum tradi eidem imperavit. Cum Agria Budensi districtu, cui me regium directorem clementissime praefecit, comprehendatur, imperata executus sum et octava novembris collegium scholasque superiori nov. 8.
Pásztoviensi, patri Methodio et sacro ordini in manus dedi. Cum autem in benigna norma iam typis data Pasztovienses fructus cum Pilisiensibus coniungendi ponantur his verbis de Agria: Iuxta generale applicandorum religiosorum proiectum Cistercitae Pilisienses et Pasztovienses huc introducendi censentur; quae opinio a maiestate confirmata et in effectum per traditionem collegii deducta est: istud illustritati vestrae significare volui, ut idonea disponere possit; quamvis enim hoc anno per me iuxta ordines regios delecti e clero doceant, quod e sacro ordine idonei praesto non fuerint, nec tamen scholis mora potuerit iniici, iuxta tractatum nihilominus cum religiosis per excelsam commissionem literariam initum, a Pasztoviensi superiore solventur. Quae dum perscribo, me benevolentiae commendo illustritatis vestrae Pestini, die decima novembris anno Millesimo septingentesimo septuagesimo sexto. Obli- 1776. nov. 10.
gatissimus servus Antonius Vörös m. p.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apátsági levt. Act. abb. Paszt. fasc. 17. nr. 1.

CXLIII.

Pest. 1776. november 12.

Vörös Antal budai tankerületi főigazgató jelenti a m. kir. helytartótanácsnak, hogy a volt jezsuita gymnasiumot Székes-Fehérvárott a pálosoknak, Komáromban a pannonhalmi szent-benedekrendieknek, Egerben meg a pásztó-pilisi cziszterczieknek átadta.

Serenissime Dux, Regie Locumtenens, et Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium, Domine ac Domini Benignissime, Gratiosissimi Colendissimi!

Benigno-gratiosum excelsi Consilii Regii Locumtenentialis intimatum, numero 5399 insignitum die vigesima prima octobris okt. 21.
debito cum cultu accepi, quo iubebar, domos abolitae Societatis cum scholis Agriae, Albae et Comaromii, locis ad Budensem di-

strictum pertinentibus, tradere religiosis, quibus ibi iuventutis institutio commissa est. In cuius obsequium Albae vigesima quarta
okt. 24. octobris patri provinciali Paulinorum, Gasparo Gindl residentiam et scholas, salvo iure parochiali, si quod residentiae inesset, tradidi. Praesentibus ex parte venerabilis capituli Veszprimiensis reverendo domino Francisco Vajland, parochiae Albensis administratore, ex parte comitatus vicecomite domino Ignatio Vörös et Joanne Qveck notario, ex parte civitatis iudice domino Josepho Lenner, notario Michaele Hiemmer, et Sebastiano Viczenty sonatore aliisque. Ut vero divina in templo ad eandem residentiam pertinente pro studiosa iuventute rite administrentur, disposui; et quia tres tantum classes in scholis locum habent, interea pro tribus aliis in residentia locus est datus, donec in scholari aedificio exstruatur commoditas. Inde Comaromium discessi, et vigesima
okt. 28. octava residentiam domino archi-abbati Sacri Montis Pannoniae cum eadem clausula consignavi, in praesentia reverendissimi domini Stephani Nagy a sua celsitudine primate delegati, vicecomitis domini Josephi Nedeczky, Antonii Sebold iurati assessoris et iudicis civici Joannis Ujváry, Georgii Khoch notarii, item Emerici Majthényi fiscalis regii aliorumque. Cum autem in residentia hucusque habitaverint parochiae administratores, et curatoribus animarum de idonea habitatione, quam subito reperire non potuissent, esset prospiciendum; residentiae vero commoditas per id etiam diminueretur, quod pro tribus classibus cubicula ibi assignari debuerint, cum in scholis tria tantum exstructa sint; denique ut absit iurisdictionum diversitas: in residentia veteri partem alioquin vacuam interea parochiae administratori cum quinque adiutoribus habitandam dedi, donec altiores venerint dispositiones. Circa templum, quia illud hic velut praetensive parochiale, iuxta benigno-gratiosum intimatum resignari non potuit, cum eodem celsissimi primatis canonico, conformiter puncto tertio benigno-gratiosi intimati ita rem confeci, ut patres Benedictini sacra ibi libere celebrare possint, et studiosi quoque iisdem, quibus antea horis, divina peragere. Inde postquam
nov. 3. Budae invocationi Sancti Spiritus tertia novembris interfui, atque omnia disposui, Agriam sum profectus, et octava in patrem Methodium, Pásztoiensem superiorem, collegium cum scholis transtuli

eadem cum declaratione. Aderat ex parte excellentissimi episcopi reverendissimus dominus Michael Ambrosovszky, ex parte comitatus dominus Nicolaus Liszkay vicenotarius, item reverendus dominus Josephus Hegyi localis director. Quia tamen Cisterciénses adhuc idoneos ad docendum non habebant, excellentissimus episcopus, quem in omnibus promptum et secundantem sum expertus, boni publici studio suos commodavit. Igitur e clero docebunt hac serie, quam demisse adnexa tabella indicat, qui omnes iam docuerunt, et a Cisterciensibus praehabita salaria per me obtinebunt. Adscripsi in eadem humillime etiam Jász-Apathienses gymnasii professores, prout nunc accepi; divina pro studiosis in ecclesia eidem collegio adnexa atque ad idem spectante fient. Omnes hi religiosi augustam clementiam cum summa gratiarum actione factisque precationibus acceperunt.

Illud humillime significo, me Agriae praesertim scholas valde ruinatas in statu interno reperisse, ut diu noctuque me adhuc praesente reparari debuerint; quae de ruina scholarum querela fere universalis est. De libris, quod Strigonii benigno-gratiosum intimatum numero 5614 praecipit, ubique iam antea disposui, ut ad usum professorum necessarii erga testimonium de acceptis dentur; ubi vero elenchum librorum, quem petii, acquisivero, opinionem meam humillime depromam de altero supplicis libelli liberae regiaeque civitatis Strigoniensis membro. His peractis, undecima novembris Pestinum redux inveni benigno-gratiosum intimatum sub numero 5633 id benigne disponens, ut cum Tatensibus Piaristis contractum de convictoribus Szenczienses illuc clementissimo iussu regio transferendis ineam; et cum praesens adfuerit provincialis Piaristarum, collocutus ei, intellexi Szenczienses patres dispersos cum iuvenibus esse, instrumenta mathematica, quibus flamma pepercit, in tumultu incendii confracta; quae cum Tatae non possunt refici, censet pater provincialis vel Posonii, vel Viennae reficienda; fundationis porro pro duobus iuvenibus e Schlavonia partem in aedeficium Szenczienses consumptam. Interim de obligatorialibus rectori nunc Schemniczienses, olim Szenczienses scripsi. Professorem politico-cameralis studii Cassoviam positum, neque alium esse, qui illud sciat; caeteros professores adesse. Cras Tatam proficiscar, et contractum inibo, quaeve fieri possunt, di-

sponam. Quae dum humillime refero, me altis gratiis et patrocinio cum demisso cultu commendo.

Serenitatis vestrae regiae et excelsi Consilii Locumtenentialis Regii

humillimus servus
Antonius Vörös m. p.

1776. nov. 12. Pestini, die duodecima novembris, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo septimo.

Papirosra írt eredetije: Magyar országos levéltár 5913/1776. helytartótanácsi szám — «Studiorum miscellanea. 1776. nr. 54. pos. 76.» A szövegben említett kimutatást az előző kötetben közlöm «*A ciszterczi rend és az egri gymnasium*» cz. fejezetben.

CXLIV.

Wellehrád.

Zúri Fülöp wellehrádi, pásztói és pilisi apát szemrehányást tesz Beitler Methódnak, hogy miért vállalta át az egri gymnasiumot és elmondja neki, hogy miként kellett volna neki ezen ügyben eljárnia.

Admodum Reverende Religiose in Christo Pater!
Fili in Domino Dilectissime!

nov. 9. okt. 22. Sub dato nonae novembris recepi suae admodum reverendae paternitatis epistolam, in qua quod, quae vigesima secunda octobris scripserat, iam facta sint, intimat; verum vigesima secunda octobris scripserat: Se apud principem primatem regni, excellentissimum iudicem curiae, perillustrem dominum Ürményi fuisse, ac omnibusque, quod Maiestas suam instantiam ab excelsa commissione praesentatam quoad omnia subscripserit, ex excelso locumtenentiali Consilio sibi extradendam demandaverit. Si ergo omnia, ut nunc scribit, facta sunt, illud decretum a locumtenentiali Consilio sibi traditum, in quo, quod Maiestas non tantum vacua aedificia, sed expetitos proventus ei applacidaverit et tradi demandaverit, continetur, mihi communicandum in originali expeto; sed probabiliter illud, quod principaliter fieri debuerat, factum non est, nec fiet; et necdum tamen sua reverenda paternitas agnoscet, se deceptam esse, et credit omnibus blanditiis et nudis appromissis eorum, qui nos potius regno Hungariae exesse, quam inesse optant. Quomodo,

quaeso, sua reverenda paternitas potuit se sine meo scitu, sine habitu status Pilisiensis debita notitia ad salariandos professores obligare? et ad pendendos annue ultra ducentos rhenenses florenos declarare? Quin illos habeat, aut habiturum assecuratus est? Unde ergo, quaeso, illa duo millia florenorum accipiet? et creditne, quod Wellehradense capitulum se resolvet ex fructibus Wellehradensibus, alioquin ob continuas gabellas potenter diminutis, aliquid pro intertenendo tali negotio, in quo nec ausitum, nec consultum, nec requisitum unquam erat, applacidare. Minime speret, quia sibi ipsi intertenendo nunc vix sufficit, quomodo Hungariae succurret? ex qua praeter lites et continuas afflictiones absolute nihil percipit, nec sperandum habet. Dixisset sua reverenda paternitas statim, se et abbatias Hungaricas ad suscipiendas et docendas scholas esse paratissimum; verum ad intertenendos tot professores nunquam sufficientem, nisi Maiestas annuum aliquod applacidet subsidium, aut aliquos superaddat proventus; aedificia siquidem, scholae et ecclesia, et si forte unum millionem valerent, non possunt tamen alienari et sic nihil fructificant; ex muris enim solis, ex apparatu ecclesiae nemo vivet, nec quidem unum intertenebit; ergo intertentioni in tempore providendum erat. Dixisset statim, se ad annuam praestandam pensionem professoribus necessarios ex Pásztó et Pilis capere non posse sumptus, neque ad illos mutuo assumendos esse plenipotentiatum, sed occasione sumptuum necessario se debere convertere ad me; tunc mandato regio satisfecisset, et se a pensione et intertentione praestanda salvasset. Nunc Posonio mihi scribitur, quod meam resolutionem mirentur et rideant. Siquidem dominus episcopus tantum ad aulam effecit, quod suos professores quoscumque eo ad Agriense gymnasium ponere et denominare possit; nos autem eos debere ex nostris proventibus solvere et intertenere, et quidem secundum contractum initum. Mihi quidem de contractu nihil constat; sed si factus est, quare mihi is non communicatur et quare in tantum praeiudicium abbatiarum sine meo scitu et consensu initus est? Legalis quidem Posonio mihi relatio data non est; sed non multum abesse a veritate suspicor, si quidem me omnes circumstantiae ita, et non aliter esse convincunt. Facilius erat hos professores non admittere, quam admissos amovere. Sua reverenda paternitas experietur, me

verum dicere. Clarius loquerer, sed calamo non confido. Video nos per suam inconsideratam comoediam captos, et quidem ita, ut eliberationis non sit spes; imo illud, quod exiguum licet, habemus in Hungaria, in tanto periculo esse amissionis, in quo de facto nunquam erat. Haec erat semper intentio nostrorum inimicorum, qui nunc, dum quod semper obstabant, habent, se amicissimos exhibent; et sua admodum reverenda paternitas dum inconsiderate credit, se, nescio, quae lucratum fuisse, et id, quod antea habuit, amittet. Mihi denique ea non imputet posteritas; quia super re nec auditus, nec consultus fui; nec unquam consensissem me obligari ad praestenda onera, quibus ferendis impar sum etc.

Papirosra írt hiteles másolatban: Egri érseki levt. Archiv. Vet. nr. 923. EZ[4] J.

CXLV.

Wellehrád. 1777.

Zúri Fülöp wellehrádi és pilis-pásztói apát kéri Ő Felségét és a helytartótanácsot, hogy az egri perjel ne lehessen tőle független, hanem a pilis-pásztói apátság az ő joghatósága alatt maradjon.

Serenissime Dux, Regie Locumtenens. Excelsum Regium Consilium Locumtenentiale, Domini Domini Benignissime, Gratiosissimi, Colendissimi!

Serenitati vestrae regiae et excelso regio consilio locumtenentiali placuit mihi intimare, quod sacratissimae caesareo-regiae maiestati apostolicae benigne resolvere visum fuerit, ut proventus abbatiae Pilis et Paszto, pro formando Agriae formali conventu providendisque scholis publicis et cultu divino, sub unam ibidem constituti superioris administrationem consignem, ac super effectu indilatam submittam informationem. Nihil profecto tanto gaudio unquam meum affecit animum, quam haec adepta occasio, qua bono prodesse posse publico et patriae, clementissime destinor. Et ideo non tantum pro tali ordini Cisterciensi benigne collata occasione ac donato collegio et ecclesia Agriensi humillimas et subiectissimas ago gratias, sed et quod huic sacratissimae maiestatis

voluntati et benignissimae intentioni, quantum vires utriusque abbatiae sufficient, obedientissime satisfacere et pro aptitudine satisfaciendi consequenda me viriliter totum impendere velim, assecurare valeo. Quapropter etiam non tantum statim aliquos, qui non obstantibus factis iam aliquot legalibus in statum abbatiarum inquisitionibus, denuo proventus utriusque abbatiae genuine in praesentia dicti superioris conscribant, exmisi, verum etiam de facto in Pilisiensi abbatia existentibus administratoribus, quatenus antefato superiori ratiocinia annua et proventus annuos erga recognitionem ad effectum intertenendi studii fideliter extradant, stricte demandavi.

Unice, quatenus serenitas vestra regia et excelsum regium consilium dicto meo religioso, nunc Agriensis collegii constituto superiori, ne quid a me independenter ac sine consilio et ordinatione mea in negotio hoc momentoso operetur, gratiosissime demandare velit; ideo hisce supplicare necessitor, ne bonus religiosus, sub praetextu sibi arrogati tituli regii superioris, quosdam actus soli iuri abbatis convenientes, cum praeiudicio abbatiarum et iurium meorum in iure ecclesiastico, bullis et constitutionibus ordinis fundatorum, neglecta debita subordinatione, consequenter contra ordinis Cisterciensis institutum, ultra usurpare valeat.

Serenitas vestra regia siquidem et excelsum regium consilium pro iustitia et aequitate sibi semper familiari ipsum gratiose dignoscere dignabitur, me a gloriosissime regnante sacratissima maiestate in conformitate primae collationis caesareo-regiae cum perpetuo iure paternitatis utriusque abbatiae clementissime constitutum et confirmatum abbatem et bonorum administratorem fuisse et esse, meque taxas omnesque expensas non ex abbatiarum dictarum proventibus, nunquam litigiis et sustentationi religiosorum inibi expositorum sufficientibus, sed ex proventibus monasterii Wellehradensis praestitisse, et meos antecessores meque a tempore meae electionis in utriusque abbatiae, testantibus ipsis collationis instrumentis, in solis ruderibus acceptae, augmentum et elevationem adeo desudasse, ut utique non ex fructibus ruderum, sed impensis monasterii Wellehradensis in utraque abbatia pro divino cultu ecclesiae plene ornatae, aedificia oeconomica et in Paszto pars novi conventus iam effective habeantur et religiosis,

expensis solius monasterii Wellehradensis qualificatis, provideantur. Dolorosum itaque fore, ut sine omni a nobis posita culpa, aut delicto demonstrabili, loco praemii tanti laboris, harum abbatiarum privemur administratione et religiosus mihi voto obedientiae obstrictus a subordinatione et mea subtrahatur iurisdictione, sine qua nihil ordinati in orbe.

Ac se solo, a me independenter, tam in spiritualibus, quam temporalibus operari posset, quod vellet. Quod quia cum summe sensibili dolore fieri et factum fuisse experior, benignissimam praesalvationem iurium meorum implorare hisce necessitor. Velitque serenitas vestra regia et excelsum regium consilium locumtenentiale me in mea mihi clementissime collata iurisdictione gratiose protegere, supplico; qui huic gratiae et iustitiae confisus, humillima cum veneratione emorior serenitatis vestrae regiae excelsi regii consilii locumtenentialis dominorum dominorum benignissimi, gratiosissimorum et colendissimorum humillimus servus Philippus m. p., abbas de Wellehradio in Moravia, Paszto et Pilis in Hungaria.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Paszt. fasc. 17. nr. 2.

CXLVI.

Wellehrád.

Zúri Fülöp, Wellehrád, Pilis és Pásztó apátja részletesen megismerteti a wellehrádi konventtel, hogyan jutott a rend az egri gymnasium átvételéhez.

Multi de venerabili conventu, quantum mihi audita manifestant, in negotio Agriensis neoaquisitae abolitae Societatis collegii et onerum annexorum. aut non sufficienter, aut plane per in ordine nostro prohibitas clanculares correspondentias sinistre informati sunt, et praebent, quantum experiri licuit, aurem iis, qui de se ipsis et gloria patriae et nationis nimie, de propriae fundationis vero bono, et si huic quidquid sunt, debent, minime solliciti, quidquid patriotali amore accentum cor optandum tantum proponit, verum sit, sive falsum, inconsiderate scribunt et rescribunt.

Necessarium igitur duxi, eam, quam non hinc inde deviantes

rivuli, sed ipsi fontes originarii propinant veritatem, communicare eum in finem omnibus praesentibus, ut sic rectius informati, et factum et faciendum, saniori iudicio discernere, et id, quod in honorem, gloriam et incrementum facit ordinis, etsi cum quadam incommoditate propria, cum bona voluntate promptius amplecti valeant. Casus autem et progressus totius rei est sequens:

Demortuo reverendo patre Jacobo, ne Paszto suo destituatur capite et oeconomia ob illius defectum in detrimentum incidat, reverendum patrem Methudium ideo, quia Hungaricam callet linguam, et ab ipsis Hungaris mihi in zelo et bona productione recommendatus haberetur, in superiorem constitui, attamen tantum interimalem, ut illum declaratoria mea testabitur litera; et non alia legali, prouti in Hungaria necesse est, capitulari, sed sola mea privata providi plenipotentia, in qua, ut quidquid in bonum et utilitatem residentiae Pasztoviensis, tum in spiritualibus, tum in temporalibus fieri posset, faciat, mandatum accepit. Et quoniam mihi nunquam quid magis, quam incrementum sacri ordinis et dictae abbatiae cordi erat, in privita mea epistola, quatenus successive materialia in Pásztó convehere et dum possibile fuerit, tum ecclesiam, tum novitiatum aedificare ideo conetur, ut ibi aliquando pro patriae filiis novitiatus erigi et formatus conventus institui valeat, recommendavi. His satisfacere volens, materialia convexit, fodere et effodere coeperat, verum defectu proventuum, continuare impotens, a primo suo paulo post destitit zelo.

Interea occasione abolitae Societatis quoddam ab Hungarica locumtenentia emanavit decretum, quo quod maiestas scholas Jesuitarum vacantes aliis ordinibus, in specie etiam Cistercitis impositas velit, non tantum declaratum, sed et omnes religiosorum superiores pro declaratione acceptationis aut repudiationis facienda Pestinium vocati sunt. Hoc decretum circulabat in tota Hungaria; sed nec patri Methodio, nec mihi communicatum, me sicuti et patrem Methodium a comparitione, consequenter et a susceptione scholarum eo facilius excusare poterat, quo evidentius erat, decretum hoc tantum eos intellexisse superiores, qui formatos conventus et in eo scholis tradendis sufficientem haberent personatum.

Ast pater Methudius a zelo suo nimium praecipitanti totus absorptus, se inconsiderate, non petitus, Pestinium, ut se in nume-

rum superiorum intrudere, et quod alii superiores facturi et ipse facere valeat, contulit; licet nunc se eo tempore casu Pestinium venisse, dicat. Repudiavere autem hunc honorem religiosorum superiorum plurimi, in specie archi-abbas Benedictinorum, qui circumstantias rei penitius intrans, id sibi et suis monasteriis non convenire dispiciens, tales acceptare recusavit scholas.

Convertit se igitur regia commissio ad patrem Methudium aliis superioribus accumulatum, eumque ad suscipiendas Agriae scholas persuadere eo facilius attentabat, quo certius ex observata in eo regendi cupidine, sibi annuendam sperabat; nec fefellit spes, siquidem bonus religiosus nec defectum plenipotentiae legalis opponere, sed meo nomine, etsi de tota hac commissionis et illius intentione nil sciverim, se ad suscipienda haec studia et onera statim declaraverat, inconsiderate persuasus, quod per ecclesiam, scholas et collegium sibi appromissum dimidium lucratus regnum. Commissio, quae nihil aliud, quam ut per alios religiosos suis expensis praehabeantur in regno studia, et sic fundum studiorum regium servet indemnem, statim declarationem acceptare, eumque velle aulae laudare et recommendare, non dubitaverat, imo eum Vienna suis comitari velle recommendatitiis spoponderat.

Hac igitur prima scena finita, primo, dictus religiosus de assecurato sibi collegio et ecclesia Agriensi et de reciproce acceptato onere studiorum mihi scripserat et quidem sub dato vice-
1776. okt. 22. simae secundae octobris anni Millesimi septingentesimi septuagesimi sexti, in qua epistola innuit, se ratione exquirendorum documentorum Tyrnaviae existentem, de excelsi locumtenentialis consilii intimato audivisse, quo inter caeteros ordines, etiam Cisterciensem, ad studia tradenda destinatum cum audiret, persuasus, quod et ego hoc obtinuerim intimatum, meam praestolatum fuisse declarationem; hac non accepta, se Pestinium experrexisse; ibi vero hoc intimatum tantum intra regnum publicatum et currendatum, cum rescivisset, se cum aliis ordinum contulisse superioribus, ab eis, ut comitem Fekete honoris causa accederet, suasum esse. Ab hoc vero. sub praetextu, quod meum praestolatum consilium aliunde benignam maiestatis dispositionem amplius immutare non valeat, statim resolutionem petitam, et quatenus sequenti die coram excelsa regia commissione compareat, et suam resolutionem tamquam

plenipotentiatus, qualis tamen nunquam erat, declaret, iussum fuisse. Annuit religiosus erga promissum sibi factum et supplicam, qua collegium et alia petiverat, sibi ab amico, ut ait, factam, ad aulam promovendam tradidit, mihi vero de firma spe petita acquirendi assecurationem fecerat, et ideo statim, ut omnes patriae filios eo mittam, aliosque adiungam, et alia petiit, prouti illius litera sub numero primo et secundo fusius enucleabit.

Ex hac epistola patebit omnibus, me de re ante epistolam, in qua iam omnia facta fuisse perhibetur, scivisse, et religiosum statim in supplica se, et quod bene notandum, suosque religiosos, quos necdum habuit, gratiis commendasse, et sine meo scitu, interimales professores sumptibus ex aere, ut ait, nostro, consequenter sumptibus residentiarum et abbatiarum, sine scitu meo et venerabilis conventus, alere et sustentare velle, se obligasse; quod utique privato religioso, qui cum rebus abbatiarum illarumque proventibus, salvo voto paupertatis, disponere non poterat, nunquam conveniebat.

Merebatur utique hoc factum paternam monitionem et reprehensionem, quod rebus sibi etsi promissis, necdum tamen traditis, se ad annue, ut ulterius patebit, pendenda pro professoribus ecclesiasticis ultro duo millia obligaverit, et confratres suos etiam necdum habitos, et primo futuros, iam suos nominaverit religiosos. Exposita ei igitur tenuitate proventuum, et in modernis circumstantiis morali impossibilitate, ea, quae promiserat, exequendi demandatum est, ut praeter collegium et ecclesiam, quae nihil in sustentationem conferunt, imo in sui conservationem et reparationem magnas expensas desiderant, ea, quae sibi praeterea appromissa sunt, effectuare intendat, sine quibus, licet adhuc non sufficientibus, hoc studium et minus formatus conventus sustineri posset.

Antequam vero meam recepisset epistolam, iam alia, sub dato nona novembris anno Millesimo septingentesimo septuagesimo 1776. nov. 9.
sexto, me de traditione collegii et ecclesiae, aliis tamen exclusis, sibi, ut ait, per titulatum dominum de Vörös octava novembris nov. 8.
facta, et de obligatione interimales professores cum summa duo millia florenorum et ultra intertenendi informat, ut numero tertio dispiciendum est. Quod ipsum mihi dominus de Vörös studiorum

nov. 10. director sua epistola sub decima novembris anni lapsi notificat, ut numero quarto.

Et quoniam, quod de proventibus, abbatiarum irreflexe, sine meo et venerabilis conventus scitu statim solvendos professores susceptos ecclesiasticos promiserit, ubi tamen nihil praeter nudum et despoliatum collegium et ecclesiam, quorum corporum nullum fructificat, consequenter pro alendis religiosis nihil contribuit, de facto accepit, a me merito redargutus erat, sub dato vigesima
nov. 28. octava novembris anni lapsi respondet et se exculpat, ut eius epistola sub numero quinto fusius exhibet. Interea iam mihi ab excelso locumtenentiali consilio scribitur, et quod maiestas, ut bona utriusque abbatiae pro formando Agriae conventu, de et providendis scholis publicis, sub unam ac identicam constituti ibidem superioris administrationem consignentur, demandet mihi, eum in finem intimatur, ut eandem resolutionem maiestatis effectuem et de peracto informationem submittam, ut numero intelligetur sexto.

Respondi desuper, et quoniam mihi innotuit, quod pater Methudius se regium subscribat superiorem, ut litera reverendo patri Joanni Brunam scripta et a me visa testatur, insuper iam via facti aliquem exjesuitam, qui aut ob merita, aut ob immerita, nescio, dioecesi Strigoniensi exesse iussus est, item quemdam senem arcularium et puerum organistam sine meo scitu ad novitiatum, quem necdum habet, nec habere potens est, suscepit, consequenter iam tales actus exercuit, qui privativae abbatum authoritati conveniunt, consequenter iura mea involavit: necessariam duxi in eodem responso, pro conservando meo iure, petere, prouti feci, ut sub número septimo audire est.

Tandem reverendo patri Methudio, quatenus se huc conferat, et tam diuturnae Viennae morae rationem reddat, et ne per suas viationes et itinera aut pretiosam Viennae subsistentiam pauperes abbatias maioribus expensis oneret illasque plane annihilet, scripsi. Super quo, fingendo tamen meam epistolam, ei per nostrum agentem Viennensem Viennae immanuatam, non accepisse, literam trium filerarum mihi mediante posta misit, in quibus totam culpam reverendo patri Tecelino, male me informanti, inscribit, eumque de diversis falsis relationibus et sparsionibus incusat, dico falsis,

quia Posonii de se indagans, ipsi consiliarii, praesertim iudex comes excelsus Fekete et comes Balassa, reverendum patrem Tecelinum similia nunquam locutum fuisse aut fecisse, testabantur. Et innuit, se ad hos faciendos regio impulsum esse decreto, quod mihi petenti tandem exhibere non poterat.

Tertio dicit, quod in casum renitentiae cassati inibi fuissemus; quod etiam non probat, sed ab aliquibus eum ad suscipiendas scholas animantibus territus, fecit, quod volebant; econtra alii, qui scholas suscipere renuebant, de facto regno non exesse, experientia docet.

Quarto nos plane, si contrarium ei suavissemus, de incurrendo peccato prudenter redarguit.

Ultimo scribit, quod ad petitionem suam maiestati placuerit nobis donare vineas 300 fossorum, secundo 300 urnas vini, tertio villam cum magno horto, cuius murus 13000 (így) constaret, quarto apothecam, quinto bibliothecam, sexto domum Foglarianam et septimo quaedam aedificiorum materialia, utpote lapides, lateres, asseres, clavos et scandulos; et in fine toni desiderat, institui novitiatum pro patriae filiis, et licentiam aliquos suscipiendi; interim, antequam licentiam obtinuerit, iam aliquos suscepisse ipse manifestat, et susceptos, praesertim supranominatum exjesuitam, nominat. Item desiderat professores aliosque, quos statim proiectat, et ut ex aliis residentiis pecunias levare valeat, quasi de iure praetendit, ut sub numero octavo patebit.

Quoniam vero mihi innotuit, quod nullibi peior, quam in Pászto, sub ipsius directione, habeatur oeconomia, imo illum iam ipsa capitalia activa edixisse et dissipasse, quin inde fructus demonstrari valeat: eapropter demandavi quidem, ut Szanto ei, si quam habet pecuniam, erga recognitionem tradat, idque ad interim mandatis caesareo-regiis et locumtenentialibus satisfaciendum; plenam vero necdum tradidi administrationem, nec extradere ideo intendo, quia dissipationem totium substantiae et abbatiae utriusque submetuo annihilationem.

Haec causa igitur me coegit descendere Posonium, ut de re cum maioribus negotia haec facientibus oretenus conferre valeam. Inibi vero reverendum patrem Methudium, qui mihi Vienna scripserat se statim ad Paszto abiturum, adhuc deprehendi, iam qua-

tuordecim diebus inibi morantem, et mihi intimatum locumtenentiale immanuantem, in quo quaenam nobis donata et quae nobis contra praestanda sint, continentur; mihi vero, quatenus super acceptis et obligationibus praestandis reversales submittam, demandatur, ut numero nono.

Interea de toto statu abbatiarum et aliis locumtenentes informaveram, ac conventum ex iis proventibus me formare non posse, innueram. Qui, se de his non plene fuisse informatos, reposuerunt; nunc vero stantibus iam his factis, voluntati maiestatis non esse contraveniendum, mihi tamen liberum esse desuper facere remonstrationem, quod et feci sub numero decimo, et si de facto super neutra mea declaratione responsum acceperim.

Verum dominus Vörös, supremus in Agriensi comitatu stu-
jún. 1. diorum director, mihi sub prima iunii scripsit numero 11, mihique non tantum donationes a maiestate factas intimat, sed et copiam reversalium a me dandarum submittit, ac quatenus pro suscipiendis donatis aliquem transmittam religiosum, religiososque pro studio specificem et alia petiverat. Quia vero mihi onera exjesuitarum nota non sunt, nec modus tradendi, consequenter quales religiosos submittere debeam et quot, nesciverim; conventum vero formatum me his proventibus intertenere non fido: ei sequens dedi responsum sub numero 12, in quo de modo tradendi, de obligationibus spiritualibus et de vero sensu reversalium informari prius desideravi, et tunc primo mutatis mutandis reversales personaliter me allaturum et donata recepturum assecuraveram.

Antequam vero meam recepisset epistolam, iam aliam quamdam displicentiam continentem mihi misit literam, numero 13., in qua de reversalibus sibi mittendis et rebus recipiendis me iterato monet; accepta vero mea epistola, aliam mihi inscribit epistolam, in qua quinam necessarii forent, aut quales religiosi, qualinam officio iis incumbent, innuit; me vero circa quinta vel sexta
aug. 5. és 6. augusti Agriae pro acquirendis et recipiendis donatis citat. Et hoc est vera totius rei series, ex qua meum sensum, et quid ipse de re sentiam ac quid rescripserim, venerabili conventui dignoscere libebit.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 17. nr. 10.

CXLVII.

Beitler Methód a m. kir. helytartótanács támogatását kéri azon folyamodásához, melyben Ő Felségénél azért esedezik, hogy az egri collegium kapja meg a jezsuiták által bírt épületeket, templomot, majort, kertet, és szőlőt.

Excelsa Commissio Regia! Domini Domini Benignissimi Gratiosissimi!

Ex benigno-gratioso excelsi consilii locumtenentialis regii circulariter publicato decreto intelligo, clementissimam suae maiestatis sacratissimae ordinationem eo dirigi, ut in facto regulandorum studiorum ordo noster in gymnasio Agriensi scholas doceat. Ego, qua abbatiae de Pászto superior, qua etiam abbatis et praelati mei plenipotentiarius, in omni homagiali submissione flexo poplite clementiam caesareo-regiam nomine totius ordinis veneror et me meosque benignis altis dispositionibus venerabundus substerno, exoroque Altissimum, ut ordo noster hactenus in suis quasi cineribus relictus, ac nunc primum summi terrae principis alta providentia in publicam lucem vocatus, omnem operam suam in Dei ter optimi maximi gloriam, summi terrae principis efficax fidum obsequium et patriae nobile incrementum cum satisfactione convertere possit. Illud equidem verum est, quod pro hac vice et in numero, et in linguae Hungaricae qualitate paucis admodum provisi simus subiectis; spe attamen firma alimur negotio in isto, velut ad pium et decorum finem tendere, modico cum tempore industriae nostrae vires addet Dominus, ut obligationi cum decoro respondere valeamus. Cum nihilominus nos Agriae nullos fundos, nulla aedificia habeamus, ubi et citare Domino et pedem figere possimus, excelsae commissioni venerabundi supplicamus, dignetur apud augustum thronum vices suas benigne interponere, quatenus aedificia Ex-Jesuitica cum templo et allodio, horto ac vineis in terreno Agriensi existentibus, nobis clementissime conferantur. Obtento hoc quali quali subsidio, omni nisu connitemur, ut interea etiam, donec de nostris sufficientia capacia subiecta tam in qualitate, quam et linguae Hungaricae exercitio parare possumus, probi moderatores sumptibus et aere nostro providendi chatedris illocen-

tur. Quod supremum est, me meosque gratiis et excelsae commissionis altae protectioni humillime subiicio et in omni submissione maneo excelsae comissionis humillimus servus et capellanus etc.

Papirosra írt egyszerű másolatban: Zirczi apáts. levt. Act. Abb. Paszt. fasc. 17. nr. 5.

CXLVIII.

Wellehrád. 1777. márczius eleje felé.

Zúri Fülöp wellehrádi s pilis-pásztói apát értesíti Vörös Antal budai tanker. kir. főigazgatót, hogy a pilis-pásztói apátság nem birja fentartani az egri gymnasiumot s kéri, hogy támogassa Beitler Methódnak újabb javadalmak adományozása végett beadott kérvényét.

Quod sacratissima maiestas gymnasio Agriensi et inibi instituendae iuventuti clementissime provisura ordinem Cisterciensem adhibere eiusque subiecta ad id idonea agnoscere, eumque in finem Agriense collegium, ecclesiam et scholas per spectabilem vestram dominationem meo patri Methudio Pasztoviensi superiori tradere dignata fuerit: pro hac gratia altissimae caesareo-regiae maiestati humillimas et subiectissimas agam, suae spectabili dominationi vero pro molestia habita debitissimas iam nunc refero gratias.

Quoad fructus autem Pasztovienses cum Pilisiensibus ad effectum sustentandorum collegii Agriensis professorum coniungendos, non modica suboritur difficultas; his siquidem alendis fructus quomodocunque coniungendi, nisi maiestas caesareo-regia aliter collegio clementissime prospicere dignata fuerit, nunquam sufficient, imo abbatia Pasztoviensis, tanquam abbatiae Pilisiensis filia, nimium pauper, adeo exsuget matrem, ut aliquando filiam ob matrem, et vicissim, consequenter utramque perire necesse sit; et sic intentio caesareo-regii collatoris, pientissimae reminiscentiae Caroli Sexti, ut utraque abbatia in antecedentem floridum suum restituatur statum, nunquam suum sortiatur effectum. Processus enim continui, etsi meri passivi, innumeris iam perdurantes annis, adeo Pilisiensem enervarunt abbatiam, ut ultra duodecim millia in debitis passivis

habeat; quibus exsolvendis die noctuque licet intendat, tamen non sufficit, et si hoc scholas intertenendi onere necdum habito, ob praedictos processus de facto eluctari non poterat; qualiter nunc cum annuo onere trium fere millium eluctari minus possit, sua spectabilis magnifica dominatio sapientissime ipsa dignoscere dignabitur.

Resolvit se igitur profecto meus religiosus, abs dubio de simul Agriae neoacquirendis aliis emolumentis intertentioni professorum necessariis affidatus ad praestanda interim sustentationis onera; me tamen inscio, quin de statu et viribus abbatiae Pilisiensis inquisiverit, aut scivisset et nisi nunc lapsus, de peculiari vestrae spectabilis magnificae dominationis gratia in suis ad caeserao-regiam maiestatem datis precibus succolatus fuerit, utraque abbatia in annihilationis praecipitabit periculum.

Nil superest iam, quam ut ad vestram spectabilem magnificam dominationem me ipsum convertam, et ideo quatenus supra ordinem meum me meosque religiosos in ulteriorem protectionem assumere et preces pro aquirendis vineis, allodio aliisque appertinentiis a meo religioso datas gratiosa interventione apud caesareo-regiam maiestatem succolare, sique pro impetrando annuo in sustentationem professorum necessario aliquo subsidio auxiliarem velit praebere operam, impense supplico. Interim subiecta pro professura parare et transmittere, sicuti et pro viribus utriusque abbatiae intertenendis sucurrere, consequenter caesareo-regiae gratiae per omnia obedientissime satisfacere, me totum impendam. Qui huic gratiae confisus et altiori me commendans, debitissima cum veneratione maneo.

Illustrissimo spectabili ac magnifico domino Antonio Vörös de Farad, serenissimi ducis Saxoniae et per Hungariam locumtenentis, ad inclytam tabulam regiam vices gerenti et studiorum districtus Budensis supremo directori regio, per Viennam, Posonium, Budam, Pestini.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárban, Act. Abb. Pászt. fasc. 17. nr. 1.

CXLIX.

Pozsony. 1777. április 1.

Csáky János gróf a helytartótanács útján tudatja Ő Felségének azon rendeletét, hogy a pilis-pásztói apátság birtokai az egri elüljáró hatósága alá jussanak.

Admodum Reverende, Reverendissime Domine Nobis Observande!

Sacratissimae suae maiestati caesareo-regiae et apostolicae benigne visum fuit resolvere, ut bona ad coniunctas abbatias Pilisiensem et Pasztoviensem pertinentia, pro formando Agriae formali conventu providendisque scholis publicis et cultu divino, sub unam ac identicam constituti ibidem superioris administrationem consignentur, ac sic per antelatum abbatem medio eiusdem superioris benignae intentionis effectus adaequate ac eo promptius effectuetur, quo certius est, abbatiam hanc per collationem collegii et ecclesiae abolitae Societatis a magno onere aedificandorum seu in Pásztó, seu alibi etiam ad mentem fundationum formatorum conventuum, quod de stricta obligatione praestare opportuisset, relevari.

Quam benignam resolutionem consilium hoc regium locumtenentiale praetitulatae dominationis vestrae finem in eum intimat, quatenus eandem quamprimum effectuare ac super effectu indilatam informationem horsum submittere noverit. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico, Posonii, die prima mensis aprilis
1770. ápr. 1. anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo celebrato. Praetitulatae dominationis vestrae benevolus ad officia parati comes Joannes Csáky m. p., Franciscus Skerlecz m. p., Gabriel Gyurcsányi m. p.

Papirosra írt eredetije a zirczi ap. levéltárban, Act. abb. Pászt. f. 17. nr. 2.

CL.

Pozsony. 1777. május 15.

A helytartótanács tudatja Zúri Fülöp wellehrádi, pilisi és pásztói apáttal, hogy Ő Felsége teljesítette Beitler Methód egri elüljáró kérelmét az egri collegiumnak ujabb javakkal megadományozása érdekében.

Admodum Reverende, Reverendissime Domine, Nobis Observande!

Ex intimato consilii huius locumtenentialis regii, sub prima mensis aprilis expedito, praetitulatam Dominationem Vestram ple- ápr. 1.
nius intellexisse, haud ambigit idem isthoc consilium locumtenentiale regium: qualiternam suae maiestati sacratissimae caesareo-regiae et apostolicae benigne visum fuerit resolvere, ut bona ad coniunctas abbatias Pilisiensem et Pasztoviensem pertinentia, pro formando Agriae formali conventu providendisque scholis publicis et cultu divino, sub unam ac identicam constituti ibidem superioris Cisterciensium administrationem consignentur.

Atque his taliter clementer resolutis, Methodius Beitler, ordinis Cisterciensium collegii Agriensis superior, tenore demissae instantiae suae coram altefata sua maiestate in eo supplex factus est, ut

Primo: In aliquam compensationem earum expensarum, quas ordini suo transmigratio ex antelata abbatia Pásztó, rerumque diversarum inde transpositio ad collegium Agriense causavit ac deinceps causatura est, 300 circiter vini urnae, quae in collegio Agriensi ab ultima procreatione remanserunt, gratuito eidem ordini scholas Agriae traditurо relinquantur.

Secundo: Bibliotheca collegii Agriensis rementionato ordini suo benigne addicatur; sed et tertio vinea 300 circiter fossorum, nec non hortus suburbanus praedicto Agriensi collegio sibi ordinique suo resignato reincorporentur, eodem iure, quo per abolitam Societatem tenebantur et possidebantur, tenenda et possidenda.

Quarto: Domus Foglariana, per canonicum olim Foglár pro conservatione scholaris aedificii Agriensis donata, pariter penes collegium permittatur.

Quinto: Apotheca ex pio legato Telekessiano, fine ecclesiae

rebus necessariis semper providendae erecta, eundem in finem penes collegium relinquatur.

Sexto: Collegium ipsum, suppeditatis ex fundo studiorum necessariis reparationis impensis, ad statum priorem reducatur, quibuspiam materialibus, quippe scandulis, asseribus et similibus, quae necdum vendita sunt, pro usu eiusdem collegii relictis; ac demum Septimo: Quoties collegium maioris momenti reparatione opus habebit, succursus eidem semper ex fundo studiorum suppeditetur, eatenusque ordo hic per decretum securus reddatur, vel vero, ut in singulos annos aliquod subsidium determinetur, tunc, dum necessitas postulaverit, expendendum.

Ad haec exhibuit hic loci praenominatus ordinis Cisterciensium collegii Agriensis superior declarationem, seu reversales eo tenore, quod idem pro casu subsecuturi optati praeassumptae instantiae suae effectus se caeterosque conventus sui religiosos obliget, quod tam ipsi, quam vero successores sui omnia seu spiritualia, seu vero rem litterariam in gymnasio sibi clementer concredito respicientia negotia, et circa haec elargiendas clementissimas resolutiones regias illa exactitudine, zelo et promptitudine sit et sint effectuaturi et adimpleturi, qua patres olim extinctae Societatis effectuarunt et in omnibus partes muneris sui adimpleverunt perque suos adimpleri fecerunt.

Quibus omnibus ac praeterea etiam domini Antonii Vörös, qua per districtum Budensem studiorum et scholarum superioris directoris regii, de necessitate reparationis collegii abolitae Societatis et ibidem domus Foglarianae, aliisque punctis horsum de
jan. 28. vicesima octava praeteriti mensis ianuarii cohaerenter ad praemissa submissa informatione suae maiestati sacratissimae uberius demisse abhinc repraesentatis, ex compluribus eatenus per antelatum quoque dominum superiorem regium studiorum directorem fundate adductis rationum momentis, praeprimis autem in considerationem sumptis iis, quod iuxta benignum rei litterariae systema, ductu generalis tabellae eidem adiacentis, modo huc Agriam praefatis Cistercitis illocatis, unice director gymnasii ex fundo publico studiorum remunerationem 200 florenorum obtineat; si vero non hi, ast Piaristae, aut alii religiosi eorsum introducti fuissent, eis secundum schaema salariale gymnasiorum per religiosos providen-

dorum ex fundo publico studiorum annue 1700 floreni pendendi fuissent; adeoque per id, quod praesciti religiosi scholas hic Agriae docendas in se assumpserint, fundus studiorum notabile, quippe adminus 1500 florenorum lucrum quotannis referat; quod item repetitim fatus superior pro memoratis fundis Agriensibus eorumque accessoriis iam et coram commissione regia Pestini celebrata institerit, ac sub spe illorum obtinendorum praetitulatae Dominationis Vestrae scholarum harum Agriensium doctionis onus in praefatos religiosos ordinis sui receperit; quod ad haec ipse quoque dominus superior regius studiorum director respective ex propria quoque, ut compromissionalis inter Pásztóienses compossessores iudicis experientia testetur, duas has abbatias Pásztoiensem et Pilisiensem, etiamsi coniunctas Cisterciensibus his pro docendis Agriae scholis non multum adiutorii esse allaturas: eadem altefata sua maiestas, pro materna sua providentia et sollicitudine in bonum studiorum conservandumque et provehendum cultum divinum, nullo non tempore propensissima, praeter desideratas pro reparationibus parati aeris impensas, universis aliis praeexpositarum Methodii Beitler, ordinis Cisterciensium collegii Agriensis superioris, ab egregio, quem exhibet, zelo, laude certo digni petitionum punctis benignissime assentiri, adeoque praeter et ultra bonorum ad coniunctas praecognitas abbatias pertinentium, pro formando Agriae formali conventu providendisque scholis publicis ac cultu divino sub unam et identicam constituti ibidem superioris administrationem regia sua et apostolica authoritate benigne decretam consignationem, conventui huic Cisterciensium Agriensi primo: desideratas 300 urnas vini in collegio Agriensi ab ultima procreatione remanentes; secundo: bibliothecam collegii Agriensis, hanc tamen in illa duntaxat parte, qua efformato prius generali quorumvis in abolitae societatis bibliothecis repertorum librorum indice, iuxta elaborandam harum universarum bibliothecarum regulationem pro gymnasio Agriensi clementer destinata fuerit; tertio: petitam vineam 300 circiter fossorum, cum horto suburbano; quarto: domum Foglárianam per canonicum olim Foglár pro conservatione scholaris aedificii Agriensis donatam, illam nempe, in cuius areae fundo scholae publicae per Societatem erectae fuerunt; quinto: apothecam per episcopum condam Telekesy pro ecclesia collegii Socie-

tatis fundatam, ac denique sexto: extantem aedilium materialium suppellectilem, nempe scandulas, asseres et similia, quae necdum vendita sunt, crebrofato Cisterciensium Agriensi conventui clementissime, iis nihilominus expressis legibus conferre dignata est: ut iidem universa sibi resignata, et respective ulterius praevio modo resignanda collegii ecclesiae, scholarum publicarum domusque Foglarianae aedificia sine omni fundi studiorum onere propriis impensis et curis tam nunc, quam in futurum reparare, conservareque debeant; porro ut in conformitate etiam praeattactae declarationis, hic loci per superiorem exhibitae, eo praeterea diserte addito, quod absque omni studiorum fundi ulteriori quopiam onere, ac quin unquam ad hunc recursum expost sint sumpturi, huc non intellecta pro directore gymnasii benigne resoluta annua 200 florenorum remuneratione, tam scholas publicas, in conformitate emanatarum et deinceps emanaturarum benignarum resolutionum regiarum in gymnasio hocce Agriensi, quam vero cultum divinum in resignata sibi ecclesia more prius recepto, ac eadem, velut a praedecessoribus suis extinctae Societatis religiosis factum est, ratione prosequi, speciatim vero fundationali obligationi, praememoratae apothecae adnexae, satisfacere haecque universa omni cum fervore et promptitudine rite et ad amussim explere stricte obligabuntur, formales reversales de se prius dare teneantur; istiusmodi porro conditiones et obligationes benignis quoque collationalibus litteris, pro conventu hocce Agriensi praefatorum religiosorum elargiendis, positive ac expressim inserantur et neque prius praemissa resignentur. Quod etenim preces crebrofati superioris in eo quoque positas attinet, ut collegium ipsum suppeditatis ex fundo studiorum necessariis reparationis impensis ad statum priorem reducatur, ac dein quoties collegium maioris momenti reparatione opus habebit, succursus semper eidem ex fundo studiorum praestetur, eatenusque ordo hic per decretum securus reddatur, vel vero in singulos annos aliquod subsidium determinetur: in ordine ad haec petitionum capita eatenus haec est benigna suae maiestatis sacratissimae voluntas, ut his neque in praesentiarum, neque deinceps fundus studiorum ullatenus gravetur; tum quod omnino superius dicta abbatia de Pilis et Pásztó, quae alias formatos conventus aedificare obligata fuisset, ex collatione hac collegii et ecclesiae abolitae societatis, esto quas-

piam reparationes poscentium, potius beneficium et levamen, non postremum consecuta fuerit; tum vero, quod praerepetitis religosis per novam praemissorum non parvae utilitatis fundorum et rerum benignam collationem conspicua subsidia cumulate sint accessura.

Quam proinde benignam resolutionem et ordinationem caesareo-regiam praetitulatae Dominationi Vestrae pro notitia, suique et respective saepedicti superioris Methodii Beitler directione ac finem in illum hisce de altissimo iussu regio intimat consilium hoc locumtenentiale regium, quatenus omnium praemissa ratione clementer resolutorum intuitu cum domino districtuali superiore districtus Budensis directore regio, Antonio a Vörös, qui sub hodierno pariter ad effectuandam eandem hanc benignam resolutionem inviatur, mutuam cointelligentiam habendo, ad implemendum eiusdem praemissae benignae resolutionis, tam medio sui, quam et repetiti superioris Agriensis opportuna agere. signanter autem reversales super iis, quae praemissa ratione collegio Cistercitarum Agriensi clementer collata sunt, de se dare, ac dein suo modo recipienda recipi facere noverit, ut ubi omnia conditionum puncta adimpleta, reversalesque per ipsam praetitulatam Dominationem Vestram datae et specifica consignatio tam vinearum, quam et aliorum quorumvis fundorum praedicto Cisterciensium Agriam introductorum ordini cum omni illo iure, quo per abolitam societatem possidebantur, cessorum adornata. et ab hinc suae maiestati sacratissimae demisse repraesentata fuerit, eadem sacratissima sua maiestas benignas litteras fundationales elargiri queat. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico, Posonii, die decima quinta mensis maii anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo celebrato. Praetitulatae Vestrae Dominationis benevolus ad officia parati comes Georgius Fekete m. p. Franciscus Skerlecz m. p. Ludovicus Boros m. p. 1770. máj. 15.

Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. f. 17. nr. 3.

CLI.

Pest. 1777. junius 1.

Vörös Antal tanker. kir. főigazgató reversalist kér Zúri Fülöp apáttól és kérdezősködik, vajjon a cziszterczi rend mikor akarja az egri gymnasiumot saját tagjaival ellátni s rendelkezik-e alkalmas egyénekkel.

Reverendissime Domine Abbas et Consiliarie Regie, Domine mihi singulariter Colendissime!

Duo ad me data sunt ex consilii regii locumtenentialis Hun-
1777. apr. 1. garici intimata; unum sub dato prima aprilis, alterum vero decima
maj. 15. quinta maii labentis anni Millesimi septingentesimi septuagesimi septimi. Utrumque clementissimas dispositiones regias mihi significavit. Primo. Coniunctio disponitur Pilisiensis abbatiae cum Pásztoviensi ad formandum conventum Agriensem, ita ut reditus utriusque ad rationem conventus Agriensis, cui gymnasii illius institutio comissa, superiori Agriensi administrentur. Alterum clementissimam suae maiestatis sacratissimae collationem significat, qua sacro ordini ad conventum eundem Agriensem fundi resque mobiles in memorato benigno intimato enumeratae conditionibus ibidem adscriptis gratiose conferuntur. Quae reverendissimae dominationi vestrae nota esse scio; nam in his intimatis indicatur easdem resolutiones regias ab excelso consilio regio locumtenentiali ad reverendissimam dominationem vestram pariter esse missas. Ideo puncta earum singillatim recensere nolo; sed cum resignatio a me fieri non possit, nisi reversales a reverendissima dominatione vestra subscriptas et abbatiae sigillo munitas habuero: earum formam iuxta benignas resolutiones confectam reverendissimae dominationi vestrae his literis includo; dignetur huiusmodi reversales mihi mittere et aliquem nominare, qui resignanda a me recipiat; quo celerius eas habuero, eo citius resignationem peragam. Rogo praeterea reverendissimam dominationem vestram, velit me certiorem facere, an futuro anno suos ad docendum adhibere velit, et quot religiosos pro Hungaria susceptos habeat, qui essent idonei ad docendum; horumque nomina ac aetatem, et quo munere occupentur, perscribere. Consultum fore puto, ut illi medio anno

prius in literis humanioribus, a quarum usu forte annos aliquot absunt, se exerceant, atque ita parati cum sacri ordinis honore doctionem auspicentur. Horum ego conatus libenter adiuvabo, meque reverendissimae dominationis vestrae benevolentiae commendans, constanti cum cultu persevero reverendissimae dominacionis vestrae Pestini, prima iunii, servus obligatissimus Antonius jun. 1.
Vörös, studiorum districtus Budensis summus director m. p.

Papirosra irt eredetije: Zirczi apáts. levélt. Act. abb. Paszt. fasc. 17. nr. 4.

CLII.

Wellehrád. 1777. junius 10.

Zúri Fülöp wellehrádi, pilisi és pásztói apát kéri Vörös Antal tanker. kir. főigazgatót, hogy írja meg neki részletesen azon kötelezettségeket, melyekkel az egri gymnasium átvállalása jár, hogy ő a reversalist kiállíthassa.

Illustrissime, Spectabilis, Magnifice Domine!
Domine Domine mihi singulariter Colendissime!

Spectabilis Magnificae Dominationis Vestrae epistolam his diebus primo deveneratus sum. Ex ea percipio primo, disponi abbatiae de Pilis et Pásztó coniunctionem ita, ut reditus utriusque pro conventu Agriensi per superiorem Agriensem, cui gymnasii illius institutio commissa esset, applicandi, administrentur. Secundo quosdam fundos resque mobiles conditionibus inibi expressis conventui Agriensi benignissime collatas fuisse; nunc vero ad effectum extradendarum dictarum rerum a me subscriptas et sigillo abbatiali munitas, ac de observatione praescriptarum conditionum assecurantes literas reversales desiderari. Fateor me, cui publico et patriae prodesse posse semper indeficiens erat et est studium, hanc occasionem utraque amplecti manu; verum summe sensibilem meum non valeo celare dolorem, quo afficior, dum ex excelsi consilii regii intimato tales reservales iam a meo religioso, necdum obligationes sibi incumbituras sciente, minus penetrante, non tantum sine omni consideratione exhibitas fuisse, sed et se cum suis religiosis, quos necdum habet, nec fundate sperare poterat, ad omnia,

etiam necdum scita obligasse, eique gymnasii institutionem commissam fuisse, ex epistola praetitulatae Dominationis Vestrae dispicio; me vero, etsi a caesareo-regia maiestate tum in spiritualibus, tum temporalibus utriusque abbatiae superiorem et administratorem confirmatum, in hoc negotio non auditum, nec consultum, nunc pro adimplendis a religioso meo sine meo scitu factis, per se ipsum nunquam exequendis promissis, reversalibus firmandis, vocari experior. Inconsideratum ausim hoc religiosi nominare factum; siquidem se ad omnia servanda, consequenter non tantum ad scholarum traditionem, sed et ad conventum formalem formandum, et simul omnia tum in spiritualibus, tum in re literaria et temporalibus, sic, prouti abolita Societas praestiterat, praestanda obligat, quin dictae Societatis onera sciverit, et unde aut quomodo ea, et omnia alia praestare possit, de facto sciat. Pro solis siquidem studiis intertenendis sex necessarii sunt professores; duo in casum infirmitatis substituendi, unus studiorum praefectus, aliquot concionatores et exhortatores iuventutis, patres spirituales, duo superiores, et aliquot inevitabilibus servitiis necessarii servientes domestici; consequenter ad soli gymnasio debite satisfaciendum ad minus quatuordecim religiosi et aliquot saeculares sunt necessarii, quibus intertenendis, si restauratio et conservatio tantorum aedificiorum et salaria conventionalistarum accedat, vix annue octo millia sufficiunt proventuum. Et si formalis adhuc conventus, in quo debita regularitas, chorus utpote primarius sacri ordinis institutionis finis et alia regularia observari debent, constitueretur: adhuc pro solo choro duodecim requirerentur religiosi, quibus intertenendis, cum de instituto ordinis omnis victus et amictus ex pura fundatione praestari debent, nec decem sufficerent millia; et cum utraque abbatia vix duo millia importet, et ex omnibus Agriae acceptis nihil, nisi vinea et hortus sustentationi religiosorum deservire possit, apotheca vero ecclesiae, et domus scholis destinata sit: possibile non videtur, ut iam nunc formatus constituatur conventus, et simul intento satisfiat gymnasio; fecit igitur bonus religiosus, quod ego facere mihi nunquam fidissem, et ille nunquam exequendi in statu est.

Iam vero, quod solum gymnasium concernit et scholas tradendas, siquidem nihil magis, quam regno illiusque honori et

utilitati prodesse desidero, has me adhibita peculiari diligentia, sic, prout desideratur, in effectum deducere posse, confido; dummodo protectione succolatus fuero et huic ut quantocius plene satisfacere valeam intento, et reversales desuper cum effectu dare possim, unice, quatenus mihi modus tradendi a maiestate desideratus, et abolitae Societatis obligationes tum in re literaria, tum in ministerio spiritualium habitae et practicatae prius specificentur, eum in finem, supplico, ut quot et quales religiosos suis officiis aptos expedire et quaerere debeam, sciam; consequenter dispositionem proximiorem facere queam; non ea scribo, ut negotium differam, aut desideratis parere fugerem, sed lucem amans; libenter omnis ambiguitatis evito involucrum, et tantum mihi eam praeservo cautelam, ut de omnibus aliis obveniat ita commodum, quod mihi non eveniat in detrimentum. In nostro ordine quodlibet monasterium sibi tantum necessariis provisum est religiosis; imo ultra numerum sibi a caesareo-regia maiestate statutum plures religiosos suscipere nequit; et dum cum aliis monasteriis nullam habet connexionem, ac ideo ex iis equidem nullum sperandum succursum, facile, quod pro hoc improvise consecuto Agriensi conventu et muniis annexis sufficientibus religiosis statim provisus non sim, nec provideri statim, nisi cum praeiudicio mei conventus Wellehradensis possim, diiudicari poterit: et si novitii statim suscepti fuerint, illi per integrum annum in novitiatu tantum spiritualibus vacare debent, et antequam ex post pro doctura aliisque officiis adaptentur et qualificentur, adhuc multos absumunt annos, antequam finem attingant scholarum praeintentum; necessario proinde, quotquot potuero, ex meis religiosis Wellehradensibus submittere necessitabor, dummodo non solum in genere de obligationibus abolitae Societatis, sed et in specie de iis plene informatus fuero; tunc siquidem, dum eas omnes me posse cum religiosis meis exequi, dispexero, ipse in persona mutatis mutandis reversales deferre et pro acceptatione rerum extradendarum et recipiendis collationalibus caesareo-regiis, ac pro ulteriori facienda dispositione, aut Pestini, aut Agriae, ad mandatum spectabilis magnificae Vestrae Dominationis comparere satagam; qui me continuandis appretiatis ulterioribus gratiis, una cum meis religiosis commendans, omni cum veneratione maneo Illustrissimae, Spectabilis, Magnificae

Dominationis Vestrae humillimus servus Philippus de Zuri abbas
1777. jún. 10 m. p. Wellehradii, die decima iunii, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo septimo.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 17. nr. 7.

CLIII.

Pest. 1777. junius 18.

Vörös Antal tanker. kir. főigazgató értesítést kér Zúri Fülöp pilis-pásztói apáttól, vajjon mely időtől kezdve akarja saját embereit alkalmazni az egri gymnasiumban s egyúttal megsürgeti a kért reversalist.

Reverendissime Domine Abbas! Domine mihi singulariter Colendissime!

sept. Negotium Agriensis gymnasii iam inde a septembri mense agitur, quo patri Methodio Pasztoviensi superiori sacroque ordini, iuxta benignas suae maiestatis sacratissimae resolutiones, gymnasii
nov. Agriensis institutio commissa est. Mox mense novembri, postquam collegium illi sacroque ordini tradidi, Reverendissimam Dominationem Vestram certiorem feci, id a me suae maiestatis sacratissimae imperio praestitum, simul autem indicavi maiestatis voluntatem esse, ut redditus Pilisiensis abbatiae et Pasztoviensis coniungantur. Haec benigna dispositio duplici intimato ab eo tempore est iterata, quemadmodum datis prima iunii literis Reverendissimae Dominationi Vestrae perscripsi, ipsum quoque excelsum consilium significavit. Rogavi eadem epistola, ut mihi quantocius dignetur declarare, an idoneos habeat suisque anno futuro ad doctionem uti velit; eo, quod sua excellentia episcopus de suis adcommandis mature cogitet, si a doctione discederent. Maiestas sacratissima recenter facta fundorum et mobilium donatione suam clementiam testata est. Ad haec omnia nullum a Reverendissima Dominatione Vestra accepi indicium certum, quo cognoscere potuissem, Agriense gymnasium Reverendissimae Dominationi Vestrae curae esse, imo se abstrahere nonnihil videtur, quasi reditus Pasztovienses et

Pilisienses novo maiestatis dono aucti non sufficierent alendis professoribus; sed haec satis publico nota sunt, nec censerem pro honore Dominationis Vestrae Reverendissimae sacrique ordinis futurum, si hoc obtentu a tam pulchro tamque utili obsequio, quale est iuventutis institutio, se subducere vellet. Igitur rogo, me certiorem reddere dignetur, an suos futuro anno ad doctionem adhibere velit, vel adhuc opera conductitiorum uti; idque quam celerrime, nam ita comparatus sum, neminem me admissurum ad studia literarum tradenda, nisi qui industria adhibita se ad id comparavit et examine facto probatus fuerit. Si vero conductitii docturi sunt, et suos excellentissimus episcopus propter incertitudinem amoverit, vagabundos aliquos et ignotos recipi non patiar, alioquin quod notum esse Reverendissimae Dominationi Vestrae puto, ita nunc negotia literaria in regno nostro administrantur, ut nullus, qui ad gymnasium spectat, sine meo adnutu admoveri, aut amoveri possit in districtu mihi credito. Alterum est, quod indicare volui, ut si Reverendissima Dominatio Vestra ipsa advenire, quod cupio, propter complures causas, non posset, quo celerius mihi reversales mittere dignetur, et aliquem, qui donata recipiat, nominare; quo enim diutius resignatio differtur, eo maiori detrimento erit. Quae dum Reverendissimae Dominationi Vestrae insinuo, me benevolentiae commendo. Reverendissimae Dominationis Vestrae Pestini, decima octava iunii, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, obligatissimus servus Antonius Vörös m. p.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárában: Act. Abb. Paszt. fasc. 17. nr. 8.

CLIV.

Székes-Fehérvár. 1777. junius 30.

Vörös Antal kir. főigazgató tájékozza Zúri Fülöp pilis-pásztói apátot, hány egyénre lesz szükség az egri gymnasiumnál az új szervezet szerint.

Reverendissime Domine Abbas et Praelate, Domine mihi singulariter Colendissime!

jún 12. Animadverto ex literis decima secunda iunii ad me datis, Reverendissimam Dominationem Vestram in aliquibus reversalium propositionibus, quas ex benigno excelsii consilii regii intimato adscripsi, haerere incertam, quid illa reipsa significent, sollicitamque esse, quomodo conditiones impletura sit. Ego ita rem accipio, gymnasii titulo, si nova adducatur norma, quinque professoribus opus erit, sexto supplente, catecheta uno; praefectus enim scholarum, seu director extraneus est a sua maiestate sacratissima iam resolutus, qui ex fundo studiorum solvitur; templum autem et divinorum officiorum administratio duos concionatores ungaros, quorum unus dominicalis, alter festivis diebus dicat ad populum, tertium germanum quovis mense una vice concionaturum postulat; et concionatoris quidem festivi munus cum catechetae officio coniungi potest. His accedet superior; atque ita novem personae desiderantur, pro quibus certe coniunctarum abbatiarum reditus, qui, ut ego puto, atque ab aliis vicina possidentibus bona audivi, facile quinque sunt millium. Quod attinet ad id, ut studia, sicut a Jesuitis, tractentur, non Methodus hic indicatus, sed solum eorum fervor atque assiduitas commendatur; nam normam sua maiestas sacratissima universim praescribet, quae ab omnibus eadem tenenda erit. Caeterum de professoribus illud censeo, ut anno futuro, nisi Reverendissima Dominatio Vestra iam paratos habeat homines, qui cum laude studiorum negotia tractent, ecclesiasticos, uti nunc docent, retineamus. Sed de his uberius inter nos agitabimus, ubi Reverendissima Dominatio Vestra pro recipiendis rebus donatis advenerit, quod cuperem primis augusti diebus esse; talem enim accepi dispositionem, ut omnia conscribi curem, instrumen-

tum traditionis conficiam, quae moram aliquam postulant; post medium autem augusti iudiciorum terminus me Pestinum vocat. Placeat igitur Dominationi Vestrae Reverendissimae ita suum iter disponere, ut circa quartam quintamve augusti traditio peragi possit; ibi spero me fortunam habiturum Dominationem Vestram Reverendissimam salutandi. Cuius benevolentiae commendatus, debito cum cultu maneo Reverendissimae Dominationis Vestrae Albae-Regalis tricesima iunii, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, servus oblagitissimus Antonius Vörös m. p.

aug. 1. és 5.

1777. jun. 30.

Papirosra írt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Paszt. fasc. 17. nr. 9.

CLV.

Eger. 1777. augusztus 8.

Zúri Fülöp pilis-pásztói apát reversalist ad ki, melyben elismeri, minő adományokat kapott az apátság s ezek fejében, az egri gymnasium fentartása és a templomban az istenitisztelet gondozása tekintetében, mik a kötelezettségei.

Infrascriptus notum facio praesentibus, quod cum sacratissima regia et apostolica maiestas domina domina clementissima sacrum ordinem Cisterciensem ad gymnasii Agriensis institutionem adhibere et sic publicis quoque utilem reddere servitiis, hunc vero in finem, ac ut tum divina in templo, tum studia in gymnasio procurarentur, non tantum collegium abolitae societatis Agriense, cum templo, eidem sacro nostro ordini Cisterciensi clementissime conferre, sed et pro facilitanda horum omnium subsistentia, tum proventus ex abbatia Pilisiensi et Pasztoviensi annue obvenientes, eo impendendi facultatem clementissime concesserit; tum pro uberiori adiuvamine ex clementia regia, iuxta resolutionem clementissimam, in benigno, gratioso excelsi consilii locumtenentialis regii Hungarici intimato, de dato decima quinta maii anni labentis Millesimi septingentesimi septuagesimi septimi, mihi communicatam, sequentia conferre dignata sit: Primo 300 urnas vini in collegio Agriensi ab ultima procreatione remanentes; secundo bibliothecam collegii Agriensis, in illa tamen dumtaxat parte, qua

1777. máj. 15.

efformato prius generale quorumvis in abolitae Societatis bibliothecis repertorum librorum indice, iuxta elaborandam universarum harum bibliothecarum regulationem, pro gymnasio Agriensi clementer destinata fuerit. Tertio vineas 300 circiter fossorum et annexa prata, cum horto suburbano. Quarto domum Foglarianam, per canonicum olim Foglár pro conservatione scholaris aedificii Agriensis donatam, illam nempe, in cuius areae fundo scholae publicae per Societatem erectae fuerunt. Quinto apothecam per episcopum quondam Telekesy pro ecclesia collegii Societatis fundatam; ac denique sexto extantem aedilium materialium supellectilem, nempe scandulas, asseres et similia, quae necdum vendita sunt.

Igitur hanc in nostrum sacrum ordinem regiam sacratissimae maiestatis gratiam et benignitatem gratissima et subditali devotione devenerans, me meosque in officio successores, ad conditiones benigno-gratioso excelsi regii consilii locumtenentialis intimato mihi communicatas observandas obligo sequentes: nempe quod non tantum universa supradicta ordini nostro per benignam donationem resignata collegii, ecclesiae, scholarum publicarum, domusque Foglarianae aedificia, sine ulteriori studiorum fundi onere, solis utriusque praeattactae abbatiae Pilisiensis et Pasztoviensis, iisque noviter annexarum donationum impensis reparaturi, et in futurum conservaturi, sed etiam tam scholas publicas in conformitate emanatarum et deinceps emanaturarum benignarum resolutionum regiarum in gymnasio hocce Agriensi, quam cultum divinum in resignata ordini ecclesia more priori, et eadem, qua a meis praedecessoribus factum est, ratione prosecuturi, speciatim vero fundationali obligationi praememoratae apothecae adnexae satisfacturi, et omnia praedicta cum fervore et promtitudine rite et ad amussim expleturi simus. In quorum fidem has propria subscriptas manu et abbatiae sigillo munitas dedi reversales. Agriae
1777. aug. 8. die octava augusti, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo septimo.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárában: Act. abb. Paszt. fasc. 17. nr. 11.

CLVI.

Pozsony. 1777. augusztus 28.

A m. kir. helytartótanács czáfolja azon nehézségeket, melyeket Zúri Fülöp pilis-pásztói apát az egri gymnasium átvételével kapcsolatban felhoz.

Admodum Reverende, Reverendissime Domine, nobis Observande!

Circa difficultates et praetensiones per praetitulatam Dominationem Vestram, de fundis exjesuiticis conventui Cisterciensium Agriensi cessis, ob motas literas eiusdem praetitulatae Dominationis Vestrae, sine appositione dati earundem exaratas, consilium hoc locumtenentiale regium suae maiestati sacratissimae demisse repraesentavit.

Quibus expensis, quandoquidem negotium non ita comparatum esse videatur, ut a clementissima resolutione in bonum ipsarummet abbatiarum Pilisiensis et Pasztoiensis, quae nempe de stricta obligatione sua secus, ac iam dudum formatum conventum erigere debuissent, ac respective ipsiusmet ordinis, in provisionem item scholarum et cultus divini adeo salubriter impertita recessus fieri debeat. Et quidem pro religiosis hic Agriam introductis insuper a massa studiorum, seu abolitae Societatis clementer resoluti fundi non tam parvae, ac exponitur, considerationis sint; nam secus superior Agriensis, et eiusmodi fundorum et praefatarum duarum abbatiarum optimam et localem notitiam habens, ad declarationem illam sacratissimae suae maiestati demisse repraesentatam, quam in qualitate reversalium, dum negotium istud hic Posonii agitaretur, promptissime exhibuit, accessurus utique non erat: pro gymnasio maiori secundum benigne publicatum studiorum systema minor, quam per praetitulatam Dominationem Vestram docentium numeros desideretur. Quantum vero ad aliorum religiosorum pro chori et aliis conventualibus necessitatibus numerum minorem pariter, ipsisque conventibus commensurandum suffecturum esse, dictarum vero abbatiarum proventum, depuratis iam-iam litibus, expost auctum iri speretur. Quae dein de contractis debitis passivis et praetensionibus monasterii Wellehradensis adversus dictas abbatias nimis generatim formatis adducuntur, in puris duntaxat

assertis subsistant; ad haec nec hactenus desideratum fuerit, ut pro formando conventu et gymnasio Agriensi Cisterciensium, velut per praemissa satis dotato, ipsummet monasterium Wellehradiense ex proprio succurrat. Proposita vero appertinentiarum a praefatis abbatiis ab olim avulsarum recuperatio vel ob ipsam rei antiquitatem difficilis incertique esset eventus; et si quid etiam idcirco esset agendum vel deliberandum foret, motiva et fundamenta ad scopum hunc deservientia prius magis specifice remonstranda veniant; alioquin vero expost etiam iura dictarum abbatiarum, dum illa iuxta legalem et praescriptum iuris patrii ordinem recuperabilia sint, nec interea dum haec excutiantur et exquirantur, motivo hoc effectus praescitae saluberrimae benignae intentionis caesareo-regiae, implementumque fundationalis obligationis, bonis his abbatialibus inhaerentis, uberius differri, sicque in sera tempora suspendi posse videatur. Denique id recto ordini adversetur, ut prius, quam praescitae reversales suo modo et forma exhibeantur, benignae collationales et fundationales literae extradentur; sufficiatque eidem praetitulatae Dominationi Vestrae ex benigna sacratissimae suae maiestatis resolutione, ac proinde altissimo nomine regio intimatum fuisse, quod ubi demum omnia conditionum puncta adimpleta, reversalesque per ipsam praetitulatam Dominationem Vestram datae et specifica consignatio tam vinearum, quam aliorum fundorum praedicto Cisterciensium Agriam introductorum ordini cum omni illo iure, quo per abolitam societatem possidebantur, cessorum abhinc suae maietsati repraesentata fuerit, altefata sua maiestas benignas literas fundationales elargitura sit. Eapropter eadem altefata sua maiestas benigne praecipit, ut praecitatae benignae resolutioni regiae firmiter inhaereatur eademque celerius effectuetur, et praeferenter benignae praescriptae, ac respective per ipsummet supra fatum Agriensem superiorem oblatae reversales, si religiosos ordinis sui Agriam introductos praescitarum vinearum et aliorum fundorum participes fieri velit, absque ulteriori protelatione, et quidem plene observatis benigne resolutis conditionibus per praetitulatam Dominationem Vestram submittantur; in casum vero, quo easdem ipsamet praetitulata Dominatio Vestra benigne resoluta modalitate dare submittereque ne fors ulterius etiam difficultaret vel tardaret, clementer praecipit altefata sua maiestas, ut

eiusmodi reversales saltem ab ipsomet Agriensi superiore, suo et conventus sui nomine, dentur et acceptentur, ac respective iam prius, uti supra attactum est, datis per eundem istiusmodi reversalibus inhaereatur; cum praecipue praetitulata Dominatio Vestra iam in antecessum quoque declaret, a monasterio sibi concredito Wellehradiensi nihil succursus sperandum remanere, eo isthic, quemadmodum id ipsum in alio etiam aeque sub hodierno dato expedito intimato innuitur, declarato, quod dependentia superioris Agriensis a praetitulata Dominatione Vestra in omnibus stet, quae ad regularitatem pertinent; ea autem, quae obiectum studiorum et scholarum contingunt, unice ad localem directorem pertineant.

Quam proinde benignam resolutionem et ordinationem caesareo-regiam praetitulatae Dominationi Vestrae, pro debita eius observatione et celeriori effectuatione, hisce de altissimo iussu regio intimat consilium hoc locumtenentiale regium. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico Posonii, die vigesima octava augusti, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo septimo celebrato, praetitulatae Dominationis Vestrae benevolus ad officia parati comes Joannes Csáky m. p., Franciscus Skerlecz m. p., Gabriel Gyurcsányi mp. 1777. aug. 28.

Papirosra írt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. abb. Pászt. fasc. 17. nr. 16.

CLVII.

Pozsony. 1777. augusztus 28.

A helytartótanács elrendeli Zúri Fülöp pilis-pásztói apátra nézve a két apátság javainak sürgös átadását az egri elüljáró kezére s egyuttal értesíti Zúrit, hogy a gymnasium igazgatója és tanárai fölött a szerzetes elüljárók minő jogokat gyakorolhatnak.

Admodum Reverende, Reverendissime Domine, nobis Observande!

Literis praetitulatae Dominationis Vestrae, tenore quarum pro abbatiis Pilissiensi et Pasztoviensi, prout etiam superiore Agriensis domus ordinis Cisterciensium, a subordinatione et iurisdictione sua non eximendis institerat, sine appositione dati earundem submissis, sacratissimae suae maiestati demisse abhinc repraesentatis,

eadem altefata sua maiestas sequentem clementissimam resolutionem elargiri dignata est: Et quidem

Primo: Quoniam ex altissima sacratissimae suae maiestatis
apr. 1. maj. 15. ordinatione, sub prima aprilis, nec non decimaquinta maii abhinc intimata, id positive ac diserte praetitulatae Dominationi Vestrae intimatum fuerit, ut bona ad coniunctas has abbatias Pilissiensem et Pasztoviensem pertinentia, pro formando Agriae formali conventu providendisque scholis publicis et cultu divino, sub unam ac identicam superioris Agriensis administrationem consignentur; huic autem benignae intentioni et resolutioni regiae non videatur per id satisfactum esse, quod praetitulata Dominatio Vestra, uti declaravit, aliquos, qui denuo proventus utriusque abbatiae in praesentia dicti superioris conscribant, exmiserit, et de facto in Pilisiensi abbatia existentibus adminstratoribus, quatenus antefato superiori rationes et proventus annuos erga recognitionem extradent, demandaverit, sed oporteat etiam, ut quemadmodum clementer resolutum intimatumque est, bona, et quidem ad utrasque has abbatias pertinentia sub unam ac identicam praerepetiti Agriensis superioris administrationem consignentur, consequenter idem expost bonorum eorundem etiam inspectionem, directionem et disponendi omnemque agendi facultatem illam in iisdem bonis habeat, quam ipsa rei natura et nomenclatio administrationis secum fert: eapropter eidem praetitulatae Dominationi Vestrae rescribendum et supremo nomine regio ulterius quoque serio iniungendum benigne praecepit altefata sua maiestas, ut absque omni mora et cunctatione praeexpositae benignae dispositioni regiae ad amussim et ad literam debita obsequii promptitudine satisfaciat; per consequens memorata coniunctarum harum abbatiarum bona praevio modo sub unam et identicam praefati superioris Agriensis administrationem consignari, eidemque taliter ipsam quoque bonorum istorum administrationem et curam habituro eadem ac tutum resignari faciat et super effectu genuinam et indilatam informationem consilio regio locumtenentiali submittat.

Secundo: Quemadmodum per benigne publicatum studiorum systema, et nominanter puncto eiusdem decimo sexto circa gymnasia per religiosos providenda illud peculiariter ordinatum est, ut directores pariter huiusmodi gymnasiorum seu ex illo religioso

ordine cum cointelligentia superioris ordinis, seu etiam ex aliis aptis individuis deligendi per superiores regios studiorum directores, medio consilii huiusce regii locumtenentialis, sacratissimae suae maiestati pro clementissima confirmatione proponantur. Ita tam ex hoc fundamento, quam alias etiam sensu allegati benigni studiorum systematis necessarium esse, ut fatus etiam Agriensis superior in ordine ad obiecta studiorum praecise ac omnimode a domino regio superiore directore, ab eodem quidem immediate, tam vero gradualiter a consilio hoc locumtenentiali regio, et supereminenter a sacratissima sua maiestate dependere debeat, ac neque relate ad obiecta studiorum in aliquam directionem, aut dispositionem adversus mentem studiorum systematis semet praetitulata Dominatio Vestra immittere, ac tanto minus absque praescitu et annutu superioris regii directoris antelatum gymnasii directorem alio disponere possit; cum hoc neque respectu professorum, licet hi per superiorem ordinis illius religiosi constituantur, absque benigne praescripta praevia et tempestiva insinuatione superiori regio directori facienda, et sine huius interventu et praevia indagatione eidem superiori regio directori incumbente facere dictis religiosorum superioribus integrum sit; eo in reliquo isthic declarato, quod dependentia superioris Agriensis a praetitulata Dominatione Vestra in omnibus stet, quae ad regularitatem pertinent; ea autem, quae obiectum studiorum et scholarum contingunt, unice ad localem directorem pertineant.

Hanc proinde benignam resolutionem et ordinationem caesareo-regiam praetitulatae Dominationi Vestrae pro sui directione, proque exacta observatione et effectuatione hisce de altissimo iussu regio intimat consilium hoc locumtenentiale regium. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico Posonii, die vigesima octava augusti, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo 1777. aug. 28
septimo celebrato. Praetitulatae Dominationi Vestrae benevolus, ad officia parati comes Joannes Csáky mp. Franciscus Skerlecz, Lazarus Somsich.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. abb. Pászt. fasc. 17. nr. 15.

CLVIII.

Pozsony. 1778. február 17.

A m. kir. helytartótanács harmadízben felszólítja Zúri Fülöp pilis-pásztói apátot, hogy a pilis-pásztói javaknak az egri elüljáró kezére történt átadásáról jelentést tegyen.

Admodum Reverende, Reverendissime Domine nobis Observande!

Methodius Peitler (így), sacri ordinis Cisterciensium collegii Agriensis superior, tenore literarum suarum de dato vigesimae
jan. 27. septimae praeteriti mensis ianuarii exaratarum et consilio huic locumtenentiali regio relatarum significavit: se defectu necessariarum ad explendas intentiones regias facultatum, gymnasio Agriensi eo, quo cuperet, modo, adversantibus sibi iis, qui bona procurant, providere non posse, nisi eadem bona ad coniunctas abbatias Paszto et Pilis pertinentia, ac conformitate iteratae benignae resolutionis regiae pro formando conventu providendisque scholis publicis clementer collata in suam administrationem plenarie consignentur.

Quoniam vero sua maiestas sacratissima caesareo-regia apostolica clementer resolvere dignata est, ut bona ad coniunctas praedictas abbatias Pilisiensem et; pasztoviensem pertinentia pro formando Agriae conventu providendisque scholis publicis et cultu divino sub unam et identicam constituti ibidem superioris Cisterciensium administratoris consignentur; praetitulata autem Dominatio Vestra de effectu benignae resolutionis huius sibi abhinc sub
ápr. 1. 1777. máj. 15. prima aprilis, nec non decimaquinta maii anno Millesimo septingentesimo septuagesimo septimo intimatae, an et qualiter procurato? nullam in praesens usque informationem submisit: idcirco eandem ad submittendam hoc in passu desideratam informationem reflectendam esse duxit consilium hoc locumtenentiale regium. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico Posonii, die decima
1778. febr. 17. septima februarii, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo octavo celebrato, praetitulatae Dominationis Vestrae benevolus, ad officia parati comes Georgius Fekete m. p. Franciscus Skerlecz m. p., Gabriel Gyurcsányi m. p.

Papirosra írt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Paszt. fasc. 17. nr. 17.

CLIX.

Pest. 1778. február 21.

Vörös Antal tanker. kir. főigazgató értesíti Zúri Fülöp pilispásztói apátot azon visszaélésekről, melyek az egri konventben lábra kaptak.

Reverendissime Domine Abbas, mihi singulariter Colendissime!

Auctore certo, de cuius fide non dubito, nec dubitare possum, relatum est mihi, religiosos Reverendissimae Dominationis Vestrae Agriae degentes non modo non adlaborare, ut se idoneos tradendis literis forment, quo tamen omnes conatus et vigilias intendere illos oporteret, ut et sibi, et Reverendissimae Dominationi Vestrae, et instituto suo honorem atque existimationem parent; sed nec religiosi viri officio defungi. Ad seram noctem lusui indulgent; dein vero, quod huius consectarium, ad multam diem somnum producunt; superiori parere detrectant, eum contemnunt; ipsi et apud alios in contentum adducere student; atque ita quasi exleges non ex praescripto superioris regularumque suarum, sed arbitratu suo vivunt; imo illud quoque mihi renuntiatum, omnes proximo martio reditum in Moraviam meditari. Quae certe omnia, praesertim si consilium abeundi perfecerint, talia sunt, ut si ad suae maiestatis sacratissimae notitiam pervenerint, et indignationem eius excitent, et illis dedecus concilient. De coniunctione quoque bonorum Pilisiensis abbatiae cum Pásztó et fructibus ad collegium Agriense mittendis, an omnia disposita, mihi adhuc nihil constat; sua maiestas autem sacratissima iteratis mandatis haec serio fieri praecipit, atque a me de his relationem postulat. Rogo Dominationem Vestram Reverendissimam, primum ne arbitretur haec me a patre Methudio superiore Agriensi habere, de quo sincere affirmare possum, nihil omnino querelarum ad me ab illo delatum; deinde ut celerem et opportunam istis omnibus medelam adferat, ne forte Reverendissimae Dominationi Vestrae vitio detur, quod emendata confectaque non sint, quod mihi sane doleret, qui debito cum cultu sum Reverendissimae Dominationis Vestrae, Pestinii vigesima prima februarii, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo octavo, servus obligatissimus Antonius Vörös m. p. 1778. febr. 21.

Papirosra írt eredetije a zirczi ap. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 17. nr. 18.

CLX.

Wellehrád. 1778. április 17.

Zúri Fülöp pilis-pásztói apát részletes előterjesztés kíséretében kéri a helytartótanácsot, hogy támogassa Ő Felsége előtt azon kérvényét, melyben az egri rendtagok és a birtokok fölötti apáti joghatóságának fentartásáért esedezik.

Serenissime Dux Regie Locumtenens! Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale!

Domine Domine Benignissime,
Domine Gratiosissimi Colendissimi!

Excelsae Locumtenentiae Regiae quadam epistola de dato
jan. 20. vigesima ianuarii quaerulatur religiosus meus Methudius Beitler, se defectu necessariarum ad explendas intentionis regias facultatum gymnasio Agriensi, eo, quo cuperet, modo, adversantibus sibi iis, qui bona procurant, providere non posse, nisi eadem bona pro providendis scholis publicis clementer collata in suam administrationem plenarie consignentur. Et quoniam id esset caesareo-regio mandato conforme, cui an satisfecerim, necdum constaret, a me desuper iterato petitur informatio.

Sed oblitus est bonus religiosus, sibi, ut asserit, adversantes nominetenus patefacare, aut in quo sibi adversentur, specificare, aut quo proventus abbatiarum et sibi necessarii, et a quo impendantur declarare, aut quia non valuit, aut ideo de iis siluit, ut suam culpam in alios transferre et suam dissipationem et malam oeconomiam tegere, vel ulterius solus sibi relictus dissipationem liberius continuare valeat.

Obedienter tamen intimato benigno satisfacturus, humiliter
aug. 8. adaperire necessitor, me statim anno lapso octava augusti, dum totum studii instituendi et conservandi onus in me, prouti eodem dato extraditae titulo pleno domino Vörös meae testantur reversales, susceperam, quaedam ad regulandam disciplinam regularem et simul oeconomiam prodesse videbantur, oretenus in praesentia aliorum superiori demandasse. Inter quae, ut superior pro tempore Agriae existens totam abbatiam Pasztoviensem illiusque bona,

quam aliunde iam ante adeptam collegii Agriensis possessionem administrabat, simul iam nunc Agriensem oeconomiam integram, quibus vicinus habitaret, immediate et per se ipsum; abbatiam vero Pilisiensem, cuius possessiones in Szanto et Czagan (igy), consequenter longius distarent, mediantibus duobus religiosis, in Szanto tanquam meditulio possessionum habitantibus, quorum unus in inibi a nobis aedificatis ecclesiis spiritualia secundum praescriptum primae caesareo-regiae collationis provideat, alter vero temporalia ita administraret, ut supra annuos proventus debita ratiocinia excelsae Locumtenentiae Regiae aliquando exhibenda faciat, sed notanter proventus omnes simpliciter pro intertenendo studio superiori Agriam petenti fidelissime extradat, administret, demandavi.

Confido itaque, me mentionata ordinatione nullius neglectus caesareo-regii mandati reum fecisse. Spiritualia siquidem non negligenda, sed pro posse cultivanda prima collatio regia de dato tertia novembris anni Millesimi septingentesimi secundi ordini in 1702. nov. 3.
perpetuum facta idipsum tali demandat tenore: Conferimus abbatias ordini Cisterciensi in perpetuum, ea tamen conditione, ut idem sacer ordo, pro aedificatione populi et orthodoxae fidei incremento, cultum divinum iuxta sacra eiusdem ordinis instituta in iisdem abbatiis zelose, cum fructu ac lucro animarum promovere et universa munia secundum functionem et fundationem eiusdem diligenter praestare et exequi teneatur. Et quoniam id nonnisi per sacerdotium fieri poterat, necesse videbatur, ut in Szanto, loco plurimum ab hetherodoxis possesso religiosus provisioni ecclesiae, a nobis inibi noviter erectae addicatur.

Quoad temporalia, quoniam intentionem maiestaticam me in abbatem, consequenter et administrum utriusque abbatiae clementissime iam anno Millesimo septingentesimo sexagesimo tertio 1763.
gratiosissime confirmantem, nunquam eo tendere supponere valeo, ut subordinatus religiosus, me ab administratione plene excluso, adeo dissitas per se ipsum et immediate, cum neglectu notabilis sui officii superioratus in spiritualibus, necessario administrare abbatias debeat, praesertim dum aliud eiusdem sacratissimae maiestatis exstet rescriptum, quo, ut nunquam administratio spiritualium et simul temporalium in unam eandemque religiosam con-

feratur personam, prohibetur; a contrario supponere necessitor, menti sacratissimae, etsi superior Agriensis tam dissitarum abbatiarum proventus per alium administret, dummodo omnes proventus pro intertenendo studio praeconcepto fideliter tradantur, et fidelius applicentur, abunde ex eo satisfieri; cum tota administratio sive per se, sive per alium fiat, non aliud, quam instituendum et conservandum novum studium Agriense pro obiecto habeat, et per applicationem proventuum utriusque abbatiae studium suum assequatur finem. Idipsum autem per meam consequebatur ordinationem, dum non tantum proventus omnes ex tota abbatia Pasztoviensi et oeconomia Agriensi, utraque per solum et seipsum administrata, superior percepit, sed et ex Szanto in natura butirum, altilia etc., in parata pecunia vero ultra 1200 florensos et ex Czagan 490 floreni ei transmissa sunt.

Non igitur meae imputandum venit culpae, quod dictus superior iactans, se mihi nulla debere ratiocinia, non tantum omnia supradicta, sed et aliqua capitalia tanto tempore et tam ardue collecta et elocata in Paszto, ad duo millia florenorum ab eo, me inscio, edicta, et interusurium ex adhuc restantibus capitalibus annue perceptum, imo et paratam pecuniam in Paszto a suo praedecessore inventam ferme 3000 florenorum et insuper, me inscio, ferme 2000 florenorum noviter nutuo assumpta intra tam breve suae superioritatis tempus consumpserit, et de facto sine ullo effectu dissipaverit, et tamen ex tota Pasztoviensi administratura nec minimum granum in hodie reservaverit. Quod ipsum si querulantis oeconomiam ex relationibus desuper mihi a sibi conviventibus religiosis missis, hic reverenter acclusis inspicere, vel per aliquam impartialem commissionem instituendam inquirere gratiose allubuerit, mirum non videbitur.

Excelsum Regium Consilium, iam pro comperto sibi iustitiae zelo, gratiose dispicere dignetur, an primo possibile sit, continuante tali administratione privativa, desideratum sperare effectum. Secundo, an mihi, qui de studio implantando et conservando me reversalibus obstrinxeram, nunc, ut alius totam substantiam pro studio intertenendo destinatam ad libitum et infructuose contra meam voluntatem dissipet, et mihi onus studium conservandi permittat, pati valeam, aut pati tenear. Et tertio, an salva conscientia supe-

riorali religiosum suo statui contravenienter viventem, et patrimonium Christi mala applicatione dissipantem, diutius expositum permittere valeam.

Dignatum quidem est Excelsum Consilium Regium penultimo gratioso intimato mihi in spiritualibus omnem superioralem addicere iurisdictionem, ita tamen, ut administrationem privative habeat superior, et cum professoribus nihil disponam. Quoniam vero eaedem sunt personae mihi quoad religiositatem et in spiritualibus subiectae, quae administratoris et professoris agunt officia, impracticabile videtur, ut errantem corrigam, vel ob demerita mutem religiosum, quin simul corrigam aut mutem officiantem, cum religiosus officians ab officiante inseparabilis sit; nec, quid in casu, quo cum religioso disponerem, officians vero obedire detractaret, remedii scirem; forem siquidem ludibrio, et tota cessaret subordinatio, si quod demando religioso, facere impune renueret officians.

Dignoscet absdubio excelsum Regium Consilium ex adductis, me inermem futurum superiorem, si tantum cum parte, et non cum toto disponere valuero religiosi; nec admittet, confido, me iurisdictione et authoritate mihi a Deo et sacratissima maiestate clementissime concessa superiorali privatum iri, in poenam nunquam meritam, qui datis de studio implantando reversalibus sacratissimae maiestatis imperio non tantum me satisfacturum assecuraveram, sed et omnia necessaria adesse paravi; dum omnes proventus simpliciter studio applicandos consecravi, et iam ab octobri anni lapsi sex Hungaros meros nobiles ad noviatum susceptos monasterii mihi concrediti solis expensis eum in finem servo, alo, a planta pedis vestio, et omnibus provideo, ut exacto novitiatu Agriam in octobri reverti, et inibi pro scholis tradendis qualificari valeant; et dum insuper iam antea, adhuc ut secretarius, a fortiori ut abbas utramque abbatiam, testantibus collationalibus in solis ruderibus acceptam, novis ecclesiis ac aedificiis oeconomicis necessariis auxi, capitalia licet modica congessi, et utramque in debitum redegi statum; etsi nunc, me restricto, per infelicem administrationem moderni Agriensis superioris, in infelicissimum redactum, et ideo Excelso Regio Consilio, quatenus veracem praesentem meam relationem, iusto et gratioso intueri animo, et me in abbatiali mihi a sacratissima maiestate clementissime concessa

authoritate et plena iurisdictione et administratione conservare, illudque potenti apud sacratissimam maiestatem interventione benignissime et gratiose exoperari velit, supplico; qui humillima devenerationе emorior Serenitatis Vestrae Regiae, Excelsi Consilii Locumtenentialis Praesidis, Domini Domini Benignissimi et Dominorum Gratiosissimorum et Colendissimorum, Wellehradii, die
1778. ápr. 7. decima septima aprilis, anno Millesimo septingentesimo octavo, humillimus et devinctissimus Philippus de Zuri, abbas Wellehradii m. p.

Papirosra írt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Paszt. fasc. 17. nr. 19.

CLXI.

Pozsony. 1778. julius 30.

A m. kir. helytartótanács értesíti Zúri Fölöp pilis-pásztói apátot, hogy, ha neki úgy tetszik, Beitler Methód egri elüljárót elmozdíthatja; helyébe újat azonban csak a tanker. kir. főigazgató beleegyezésével tehet.

Admodum Reverende, Reverendissime Domine nobis Observande!

Relatione Praetitulatae Dominationis Vestrae circa Methodium Beutler modernum superiorem Agriensem amovendum eidemque
jún. 8. alium substituendum, sub octava iunii anno currente consilio huic locumtenentiali regio facta, per hoc vero sacratissimae suae maiestati humillime repraesentata, clementer resolvere dignata est eadem altefata sua maiestas sacratissima, ut in quantum Praetitulata Dominatio Vestra antelatum modernum superiorem Agriensem, velut e pluribus rationibus, quam religiosum sibi subordinatum ad alia eidem magis congrua applicare, ac alium superiorem constituere meditaretur. Siquidem etiam vigore benigni rescripti sub decima
máj. 15. quinta maii anni praeteriti abhinc intimati clementer declaratum sit, quod dependentia superioris Agriensis ab abbate suo, Praetitulata nimirum Dominatione Vestra in omnibus stet, quae ad regularitatem pertinent; ea autem, quae obiectum studiorum et scholarum contingunt, unice ad localem directorem pertineant; nullam occurere reflexionem, quin modernus superior ad alia

condigne applicetur, atque alter per eandem Praetitulatam Dominationem Vestram, habita tamen eatenus cum domino superiore regio per districtum Budensem studiorum directore, vel in absentia huius, tamquam nuperrime in qualitate commissarii regii in Banatum profecti, cum domino Molnár, in universitate regia Budensi humaniorum directore, velut nimirum praefati domini provincialis directoris vices tantisper supplente, necessaria cointelligentia, constituatur, suam in ordine ad studiorum et scholarum obiecta immediate a domino regio provinciali directore graduali-ter vero a consilio hoc locumtenentiali regio dependentiam, et subordinationem habiturus: eo caeteroquin addito, ut cum saepefatus superior Methodius Beutler, ob promptissime secundatas benignas intentiones regias, suis non careat meritis: Praetitulata Dominatio Vestra in eiusdem Beutler applicatione omnem condignam reflexionem habere, atque etiam, qua ratione eundem applicuerit, informationem regio huic locumtenentiali consilio praestare teneatur.

Quam proinde praedeductam benignam resolutionem regiam consilium hoc locumtenentiale regium Praetitulatae Dominationi Vestrae finem in eum de summo iussu regio hisce intimat, ut ad effectum eius opportuna agere neutiquam intermittat. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico Posonii, die trigesima mensis iulii, anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo 1775. júl. 30.
octavo celebrato. Praetitulatae Dominationis Vestrae benevolus, ad officia parati comes Georgius Fekete m. p., Lazarus Somssich m. p.

Papirosra írt eredetije a zirczi ap. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 17. nr. 25.

CLXII.

Wellehrád. 1778. augusztus 8.

Zúri Fülöp utasítja Beitler Methód egri elüljárót és igazgatót, hogy Egerben a szerzetesek között nézzen tanárok után.

Admodum Reverende Religiose in Christo Pater et Fili in Domino Doctissime!

Occasione professorum in gymnasio Agriensi instituendorum, excellentissimum dominum episcopum de commodandis mihi aliquot personis ecclesiasticis iam ante aliquot requisiveram menses. Responsum obtinui: se mihi nullos ob necessitatem propriam dare posse; convenisse tamen cum Sua Reverenda Paternitate, id proiectante, ut dum Budae concursus fieret professorum, abinde aliquos assumi posse. Quoniam vero id mihi dificile videbatur, cum tales viri ad illud usque parvum tempus, quo actuales novitii novitiatui exesse et studiis seu professuris applicari valuerint, vix se resolverent: eapropter secundo in hoc genere excellentissimum molestare et pro professoribus ad minus tribus rogare continuavi; sed quodammodo indignabundum expertus sum, siquidem denegationi suae institit, id tamen gratiose consuluit, ut cum tot Agriae sint religiosi, ex illis aliqui possint.

Ne igitur hoc spernam consilium, Sua Reverenda Paternitas superiorem unum alterumve accedat meo nomine, cum mihi nullus eorum notus sit, et tres religiosos, qui iis scholis, quibus a nostratibus necdum quis praefectus est, aut praefici potest, satisfacere possent cum consilio eximii domini Hedgy (így) sibi expetat.

Quodsi et hi hanc mihi denegaverint charitatem, mihi sine dilatione rescribat, ut me dirigere et menti sacratissimae maiestatis alio modo satisfacere in tempore valeam; fors ipsum excelsum consilium, dum inpossibilitatem meos defacto mittendi meumque zelum et desiderium serviendi publico dispexerit, dispositionem faciet, ut ad interim scholis per alios provideatur; quamprimum enim novitii quinque Hungari novitiatum absolverint, prouti in Deum confido, absoluturos eos, statim Agriam promovebo, ut pro scholis qualificari et applicari valeant. Et ideo pro tot cubi-

cula in uno ambitu, quem caeteri nostri religiosi inhabitant, paranda erunt. Praestolabor igitur quantocius responsum, qui maneo filii in Domino dilectissimi addictissimus frater Philippus abbas m. p. Wellehradii die octavo augusti, anno Millesimo sep- 1778. aug. 8.
tingentesimo septuagesimo octavo.

Papirosra írt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 17. nr. 26.

CLXIII.

Pozsony. 1778. augusztus 17.

A helytartótanács felszólítja Züri Fülöp pilis-pásztói apátot, hogy a leendő gymnasiumi tanárokat a budai egyetemre küldje föl.

Admodum Reverende, Reverendissime Domine nobis Observande!

Siquidem reflexe ad illam benignam resolutionem regiam, tenore cuius ad promovendam rem litterariam introducendamque studiorum aequalitatem per ordines religiosos in regno existentes praestantiora individua ad publicas universitatis regiae Budensis scholas et repetitiones mittenda iubentur: clementer velit sacratissima sua maiestas caesareo-regia et apostolica, ut cum ordo hic Cistercitarum quoque partim publicas scholas grammaticas et humanitatis actu doceat, partim vero pro altioribus quoque disciplinis apta subiecta praeparare debeat, ex parte huius etiam ordinis velut mediis alioquin provisi, in consequentiam complurium eatenus emanatarum ordinationum, pro futuro cursu repetitionum Budam certo numero a proportione gymnasiorum et studiorum, quae habet, determinando expediantur, atque eadem in omnigenis scientiis rite excolantur, hacque ratione in promotionem rei litterariae introducendamque uniformitatem omni conatu collaboretur.

Ideo benignam hanc voluntatem regiam Praetitulatae Dominationi Vestrae hisce eo cum altissimo mandato intimat regium hoc locumtenentiale consilium, ut eandem ad effectum quanto exactius perducere satagat, genuinamque desuper informationem, quot nempe numero a proportione praehabitorum studiorum, ut attactum, determinando, ac quaenam in specie individua praevium

in finem Budam pro futuro repetitionum cursu exmissura sit, quantocius consilio huic regio locumtenentiali submittere neutiquam intermittat. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico Posonii, die decima septima augusti, anno Millesimo sep-
1778. aug. 17. tingentesimo septuagesimo octavo celebrato. Praetitulatae Dominationis Vestrae benevolus ad officia parati comes Georgius Fekete m. p., Franciscus Skerlecz m. p., Lazarus Somssich m. p.

Papirosra írt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Paszt. fasc. 17. nr. 27.

CLXIV.

Wellehrád. 1778. október 2.

Zúri Fülöp értesíti a helytartótanácsot, hogy Beitler Methód helyébe Plachy Cyrill nevezte ki az egri konvent fejévé s leírja főbb jellemvonásait.

Excelsi Locumtenentialis Consilii intimatum, quo, quod conformiter ad benignissimum caesareo-regium rescriptum de decima
máj. 15. quinta maii emanatum, ut modernus superior Agriensis Methudius Beitler avocari, alio applicari, alius vero illi de religiosis meis substitui valeat, nulla occurrat reflexio, gratiose notificat, debitissima gratitudine deveneror.

Huic me conformaturus, illico pro superiore Agriensi religiosum meum Cyrillum Plachy substitui; et ne avocatus suo destituatur praemio, ei pro moderna circumstantia officium magistri novitiorum, non tantum in ordine honorificum, sed et recuperando spiritui, aliquantum tanto tempore extra claustrum dissipato, concredidi; ex quo, visis circumstantiis, aliquando in superiorem claustralem, cui nulla annexa est oeconomia, promoveri facilius poterit.

Et ut promptitudinem mandatis et intentionibus caesareo-regiis satisfaciendi effective demonstrem, quinque filios Patriae novitios, circa decimam quintam futuri mensis novitiatum egressuros ad professionem admittam, professos vero indilate Agriam una cum novo superiore pro ponendo fundamento tum loci regularis, tum gymnasii studii ipse deducam, dummodo ad interim,

quousque dicti novelli pro traditione qualificati non fuerint, aliis, pro quibus assumendis professoribus titulato domino prodirectori supplicueram, succolatus fuero.

Et siquidem novus superior utpote lingvista, absolutus iurista, iam emeritus professor philosophiae et theologiae, non tantum in linea studii et scibili, sed et actualis director oeconomiae Wellehradensis etiam in linea oeconomiae, simul ob honestissimam vitam religiosam actam in linea morum optime comprobatus est; et ideo eum pro honore regni collegiique Agriensis et adimplendis sacratissimae maiestatis intentionibus zelantem, aptissimum futurum assecurare valeo; eaproter me, eum et totam novellam plantationem ulteriori gratiae, succolationi et protectioni commendans, debitissimo respectu maneo, Wellehradii, die secunda octobris, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo octavo. 1778. okt. 2.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 17. nr. 25.

CLXV.

Szántó. 1778. október 15.

Beitler Methód pásztói elüljáró figyelmezteti Zúri Fülöp pilispásztói apátot, hogy kettős apátságának javait könnyen elveszítheti, ha az egri gymnasiumot tanárokkal el nem látja.

Reverendissime, Amplissime Domine, Domine Abba et Pater Venerandissime!

Prouti in ultima mea littera, quam circa vigesimam praeterlapsi mensis exaraveram, innui, per unam hebdomadam in Csakan commorabar et abinde mox ad Szanto reversus sum; ubi hodiedum ordinationem Suae Amplitudinis totus anxius praestolor; quam ne in ulterius tempus differre Reverendissima Dominatio dignaretur, humillimis exoro precibus; nam abbatiae Pilis et Paszto proximo sunt amissionis periculo expositae, quod patet exinde: nam comes Balassa coram me declaraverat, si salutaria remedia quantocius hac in circumstantia adhibita non fuerint, et Sua Amplitudo scholas Agrienses cum sufficientibus subiectis non pro- szept. 20.

viderit, quod bona abbatiae utriusque exarendabuntur; iamque se etiam insinuant, qui pro Paszto mille quadringentos florenos offerunt. Si haec ad quantocius novam faciendam dispositionem satis movere non possunt, insinuo Suae Amplitudini, quod ambae hae abbatiae milites sistere debebunt; quod hucdum mihi, sed diu res non emanebit. Nam si iam moniales Sanctae Clarae Posonienses currentales acceperunt, nos haud praeteribunt. Archi-abbas loco triginta equitum deposuit cancellario quinque millia florenorum. Iudicarem, ut etiam ex parte abbatiarum loco militum pecunia quaedam offereretur (igy), dum et quando milites petentur. Durum enim est his temporibus hominem et equum comparare et sumptuosum utrumque assentari facere.

Haec dum in filiali submissione insinuo, me unacum Patre Mathaeo paternis gratiis commendo Szantovii, die decimaquinta
1778. okt. 15. octobris, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo octavo.

Papirosra írt eredetije a zirczi apáts. levéltárban 1778. okt. 15. kel. lev.

CLXVI.

Pozsony. 1778. november 30.

A helytartótanács felszólítja Züri Fülöp pilis-pásztói apátot, hogy az új egri elüljáró kinevezésére nézve értekezzék a tanker. kir. főigazgatóval; Beitler Methódot pedig érdemeinek megfelelőleg alkalmazza.

Admodum Reverende, Reverendissime Domine, nobis Observande!

Accepit consilium hoc locumtenentiale regium litteras Praetitulatae Domínationis Vestrae de dato secundae ultimo praeteriti
okt. 2. mensis octobris exaratas, contextu quarum se superiori Agriensi Methodio Beutler, Cyrillum Plachi substituisse, referendo, praefato Beutler officium magistri novitiorum contulisse, significavit; prout et cohaerenter relationem districtus Budensis humaniorum directoris, qua, in absentia domini provincialis directoris, prodirectoris, se cum Praetitulata Dominatione Vestra cointelligenter habiturum pollicentis praemisso in merito horsum factam.

Quo in passu, quamvis quidem Praetitulata Dominatio Vestra acceptis in ordine ad superiorem Agriensem Methodium Beutler in futurum quoque congrue applicandum consilii huius locumtenentialis regii dispositionibus semet conformare volendo, in praeassumptis suis litteris declaret: nunc nominato Beutler pro moderna circumstantia officium magistri novitiorum in sacro suo ordine non tantum honorificum, sed et recuperando spiritui utilissimum concreditum haberi; cum tamen non appareat Praetitulatam Dominationem Vestram in conformitate datorum ad eandem de dato trigesimae iulii abhinc ordinum rem respectu supranominati Cyrilli Plachi, pro superiore Agriensi a se designati praevie cum domino superiore regio per districtum Budensem studiorum directore, vel in absentia huius in qualitate commissarii regii in Banatum profecti cum domino Molnár, in universitate regia Budensi humaniorum directore, velut praefati domini provincialis directoris vices tantisper supplente tractasse: ideo ut intuitu constituendi praedicti novi superioris eadem Praetitulata Dominatio Vestra cum praelibato Domino prodirectore Molnár eatenus sub hodierno abhinc instructo necessariam cointelligentiam, si et in quantum id factum nondum esset, foveat, eidem hisce rescribi; et quia per attactam memorati Beutler pro novitiorum magistro constitutionem altissimae benignae intentioni minus satisfactum esse appareat: hinc siquidem repetitus Beutler moderno sibi assignato munere honorificentius antehac, superioris videlicet officium gessisset, atque sacratissima sua maiestas caesareo-regia, eiusdem ob prompte secundatas benignas intentiones regias, meritis caeteroquin illustris in futura applicatione omnem condignam reflexionem habendam clementer praecipere dignata fuisset; Praetitulatae Dominationi Vestrae in continuationem priorum ultro quoque intimavi, quatenus benignae circa attacti Beutler accomodationem menti et intentioni regiae ad amussim satisfacere, eundemque, quam primum fieri par erit, ad quodpiam meritis eiusdem magis congruum officium applicare satagat, desuperque ulteriorem consilio huic locumtenentiali regio relationem submittat.

Quod porro professores pro gymnasio Agriensi interea, donec quinque per Praetitulatam Dominationem Vestram pro doctione designati ordinis sui novitii in traditione litterarum qualifi-

cati fuerint, assumendos respicit, ex quo ex praemissis tam Praetitulatae Dominationis Vestrae, quam et domini Molnár, in universitate regia Budensi humaniorum directoris, informationibus non eveniat, relate ad assumptionem horum mutuas hactenus inter se correspondentias easdem fovisse: idcirco provocative ad priores hoc in passu emanatos abhinc ordines, ad habendam in puncto eorundem assumptionis mutuam cointelligentiam Praetitulatam Dominationem vestram et superioris regii districtus Budensis studiorum directoris vices-supplentem, dominum Molnár, porro quoque inviari insuper Praetitulatae Dominationi Vestrae committi, quo professores eiusmodi cum concursu domini superioris regii districtualis studiorum directoris, et hoc absente, toties nominati domini Molnár deligantur; neque hi prius, antequam secundum praescriptum systematis litterarii per dominum regium superiorem directorem, aut dominum Molnár approbati fuerint, assumantur et ad docendum applicentur; sed et eius intuitu, num praememorata sacri antelati religiosi ordinis individua, ut pro tradendis litteris rite praeparentur, fine repetendarum concernentium disciplinarum, non praevie ad universitatem regiam Budensem mittenda essent, saepetitulata Dominatio Vestra cum supralaudato domino prodirectore Molnár ulteriora consilia ineat. Datum ex consilio regio
1778. nov. 30. locumtenentiali Hungarico Posonii, die trigesima mensis novembris, anno Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo octavo celebrato. Praetitulatae Dominationis Vestrae benevolus, ad officia parati comes Georgius Fekete m. p, Franciscus Skerlecz m. p., Lazarus Sommssich m. p.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apátts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 17. nr. 28.

CLXVII.

Pozsony. 1779. január 12.

A helytartótanács értesíti Zúri Fülöp pilis-pásztói apátot, hogy a szerzetes rendek alapítójuk névünnepén intézetökben szünetet tarthatnak.

Admodum Reverende, Reverendissime Domine nobis Observande!

Ex occassione facti ad suam maiestatem sacratissimam per provincialem ordinis Paulinorun provinciae Croaticae in eo recursus, ut professores sui ordinis die Sancto Paulo sacro, qui dies nempe ex constitutione ordinis singularibus pietatis exercitiis transigi solet, a scholis et praelectionibus clementer dispensentur, visum est altefatae suae maiestati benigne resolvere, ut tam eidem, quam et aliis religiosis ordinibus, scholas publicas providentibus, admittatur, quo diem fundatoris ordinis, non tamen alia etiam ordinis festa, ea ratione colere possint, ut eadem die professoribus a scholis vacare liceat; quae praemissa dispensatio, quoniam etiam cum benigno systemate literario congruere possit, ex cuius praescripto paragrapho 240. concessum est, ut in vicem remunerationis aliquas dies ipsi gymnasiorum et scholarum grammaticarum directores a scholis eximere possint, idcirco simile ordinis fundatoris festum in huiusmodi dierum classem inferendum erit.

Quam benignam resolutionem caesareo-regiam Praetitulatae Dominationi Vestrae hisce intimandam esse duxit consilium hoc regium locumtenentiale. Datum ex consilio regio locumtentiali Hungarico, Posonii, die duodecima ianuarii, anno Millesimo septingentesimo septuagesimo nono celebrato. Praetitulatae Dominationis Vestrae benevolus, ad officia parati comes Joannes Csáky m. p. Franciscus Skerlecz m. p. 1779. jan. 12.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Pászt. fasc. 17. nr. 30.

CLXVIII.

Pozsony. 1779. április 19.

A helytartótanács felhívja Zúri Fülöp pilis-pásztói apátot, hogy mivel a rend tanárjelöltjeinek is minden tárgyból le kell tenniök a vizsgálatot, kiképzésöket az elöirt általános tanulmányi rendszer szerint intézze.

Admodum Reverende. Reverendissime Domine, nobis Observande!

Siquidem sacra caesareo-regia et apostolica sua maiestas clementer velit, ut in examinibus candidati ex omnibus praescriptis disciplinis examinentur, atque hac ratione ex parte quoque Praetitulatae Dominationis Vestrae systematis litterarii adcurata observantia adiuvetur; idque eo magis facturam Praetitulatam Dominationem Vestram clementer speret altefata sua maiestas sacratissima, quod omnia studia, etiam ordinum religiosorum systemati litterario conformanda sint; casum porro in contrarium exiguus eiusmodi candidatorum usus caperetur, qui nonnullis praeparatoriis disciplinis neglectis ulteriora sua studia cum exiguo ordinis sui religiosi honore prosequerentur et ad gerenda dein varia munera hoc etiam titulo minus apti efficerentur.

Quam proinde clementissimam voluntatem regiam Praetitulatae Dominationi Vestrae finem in eum hisce intimat regium hoc locumtenentiale consilium, ut ad effectum eius opportuna agere noverit. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico Posonii, die decima nona mensis aprilis, anno Domini Millesimo septin-
1779. ápr. 19. gentesimo septuagesimo nono celebrato. Praetitulatae Dominationis Vestrae benevolus, ad officia parati comes Joannes Csáky m. p. Lazarus Somssich m. p.

Papirosra írt eredetije: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 17. nr. 32.

CLXIX.

Buda. 1779. julius 19.

Molnár János, a budai tanker. kir. főigazgatójának helyettese, értesíti Zúri Fülöp pilis-pásztói apátot, hogy rendi tanárjelöltjei szép sikerrel dolgoztak s legközelebb az egri gymnasium tanszékeire juthatnak.

Reverendissime et Amplissime Domine Abbas! mihi singulariter Colendissime!

Rem Amplissimae Dominationi Vestrae gratam me facturum arbitrabar, si factae hactenus progressionis specimen de carissimis filiis humanissime submittam. Uti ea informatione Reverendissima Dominatio Vestra potest ad eos chatedris Agriensibus quantocius admovendos. Quod ut impetrari possit a spectabili domino superiore directore, cuius Temesiae absentis vices mandato regio interim obeo, dedi sincere operam, expediret tamen, si professorum officia hi proxime adierint, in eorum locum pro repetitione alios subrogare; ne, cum isti ad Theologiam transierint, similis prioribus casus emergat. Exhortatori moderno Agriensi, rogo, dignetur Reverendissima Dominatio Vestra praeclarum illum virum, qui e parochia, ni fallor, Szentiványiensi admissus est, ad sacrum ordinem subrogare; modernus enim director localis multos plane defectus exponit. Me sui sacri ordinis suaeque amplissimae dignitatis cultorem habet perpetuum. Qui sum Budae, vigesima nona iulii, anno Millesimo septingentesimo septvagesimo nono, Reverendissimae Dominationis Vestrae servus humillimus Joannes Baptista Molnár director m. p. 1779. júl. 29.

Papirosra irt eredetije: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 17. nr. 35.

CLXX.

Pozsony. 1781. április 2.

A m. kir. helytartótanács közzéteszi II. József császár rendeletét, mely a birodalomban élő szerzetes rendek külföldi viszonyait szabályozza.

Reverendissime Domine nobis Observande!

Gravissimis sane de causis visum est maiestati suae sacratisssimae, ex eminente potestate et authoritate caesareo-regia, eoque quo circa sacra etiam in Hungariae cumprimis regno adnexisque eidem provinciis, qua rex apostolicus gaudet, supremo iure clementer resolvere, ut omnis, qui hactenus inter religiosos ordines in ditionibus caesareo-regiis haereditariis domiciliatos cum exterorum regnorum et provinciarum religiosis aedibus, communitatibus et superioritatibus intercedebat nexus, pro futuro simpliciter tollatur. Cuiusmodi benignae in publici rursum commodum ac emolumentum unicae directae mentis ac intentionis caesareo-regiae, ut hoc certior celeriorve effectus procuretur, sequentia sua serie exposita principia benigne stabilire, atque ad unius cuiusvis notitiam publici iuris fieri clementer decrevit altefata sua maiestas sacratissima: Et quidem:

Primo clementer vult, ut omnes et singulae existentes in ditonibus caesareo-regiis haereditariis religiosorum aedes, nullis omnino exceptis, omni nexui passivo, ac proinde cuivis obligationi, et cuius nominis habitae hactenus erga et cum extraneorum suae maiestati sacratissimae non subiectorum regnorum et provinciarum religiosis aedibus, conventibus eorundemque superioribus relationi, deemptis unice quoad preces et suffragia confraternitatibus, plene et pro perpetuis temporibus renuntient. Quem etiam in finem:

Secundo demissam eorum, quos res concernit, religiosorum ordinum super eo, num separatam intra limites ditionum caesareo-regiarum haereditariarum provinciam pro futuro erigere ac stabilire, aut vero unitis conventibus ac residentiis in unam congregationem coalescere malint: intra terminum praeclusi duorum mensium,

a dato praesentis benigni mandati regii, die vigesima quarta nunc elapsi mensis martii emanati, praestandam accuratam declarationem benigne praestolatura est eadem maiestas sua sacratissima. Porro: mártz. 24.

Tertio clementer praecipit et mandat tenore praesentium per expressum, ut amodo inposterum nullae peramplius religiosae aedes ullo nexu patri generali, si quis est, ac in aliqua haereditariarum ditionum regiarum fixam non haberet residentiam quoad spiritualia et disciplinaria, hoc minus autem quoad temporalia iungantur, neque ulla prorsus ratione ab eodem dependeant; verum per suum in gremio ditionum suae maiestatis caesareo-regiarum residentem provincialem sub archi- et episcoporum, nec non regii huiusce locumtenentialis consilii, qua politici dicasterii regii superinspectione regantur et gubernantur. Quare universi archi- et episcopi hanc sibi concreditam inspectionem sibi cumprimis curae habebunt. Ex quo:

Quarto suapte consequitur, quod nulla provincia aut confoederationes, congregationes, vel aliae quaepiam confraternitates, demptis iis duntaxat, quae paragrafo primo quoad suffragia et preces commemoratae sunt, ullam cum alia religiosa domo, quam quae indubiae suae maiestatis sacratissimae subiecta sit potestati, relationem habere ausit; et cum hoc pacto omnis etiam nexus cum extraneis superioribus, aut quocunque alio nomine veniant, conventibus, communitatibus vel religiosis aedibus simpliciter cessaturus sit; ideo districtim vetat summenuncupata sua maiestas, ne dehinc ad generalia capitula, neque alias quasvis congregationes extra haereditarias ditiones caesareo-regias viri religiosi exmittantur, hoc minus autem obedientiae visitatores, correctores, aliive id genus quoquo sub obtentu ab extraneis superioritatibus acceptentur. Ita cum alioquin

Quinto: Vigore existentis iam benignae resolutionis cautum sit, ne alii pro superioribus conventuum ac communitatum religiosarum, quam subditi provinciarum haereditariarum caesareo-regiarum, vel ad minus alia ratione indigenae effecti, deligi queant; ex eo a modo imposterum capitula provincialia in ditionibus caesareo-regiis celebrari clementer vult sacratissima sua maiestas, in quibus negotia ipsum ordinem tangentia, uti hactenus, in deliberationem assumentur. Praeterea vero in iisdem ad electiones quo-

que provincialium, superiorum, definitorum, et quae id generis munia sunt, procedetur. Quoties autem huiusmodi provincialis capituli in regno Hungariae provinciisque adnexis celebrandi adfuerit necessitas, semper idipsum praevie regio huic locumtenentiali consilio insinuare oportebit; neque illud aliter, quam cum conscientia et annutu eiusdem servare licitum erit. Occasione autem celebrandarum similium congregationum in id in genere cumprimis advertendum veniet, ut ea, quae spiritualia et disciplinaria interna concernunt negotia, ab iis, quae temporalia, et disciplinam externam respiciunt, sollicite sequestrentur. Ac super hoc posteriori obiecto separatum etiam protocollum ducatur.

Caeterum eorum, qui hactenus a commissariis generalibus deputari solebant, visitatorum vices, usque dum novi provinciae superioris sequatur electio, intranei provinciae patres, vel quibus secus vi instituti competit, supplebunt praesidiumque alternative gerent. Quoniam autem

Sexto: Facta hacce benigna provisione personalis itineris Romam, vel in alias exteras provincias, per unum, aut alium e religiosis viris in negotiis ordinis sui suscipiendi, hoc minus autem cuiuspiam individui pro continuo ibidem intertenendi suapte cesset necessitas; ex eo etiam utrumque per praesentes districtim interdicit altememorata sua maiestas. Demum

Septimo: Benignam hanc resolutionem eatenus ad monialium quoque claustra pertinere benigne vult, quatenus his quoque sub poena certo certius secuturae illius, quae superioris locum tenet, exauctorationis alterius cuiuspiam superioris, quam qui e clero, aut religioso quopiam ordine caesareo-regiarum ditionum sit, authoritatem in se recognoscere vel cum eodem nexum aliquem passivum, quoad disciplinaria fovere, haud integrum erit. Denique

Octavo: Id etiam in particulari clementer ordinat et disponit sacratissima sua maiestas tenore praesentium, nullus ut ordo religiosus deinceps Breviaria, Missalia, Antiphonalia, libros item chorales, et secus quaequae ad institutum ordinis pertinentia opera, vel chartam ex exteris regnis et provinciis constituere et adferri facere praesumat; ut primum in haereditariis provinciis caesareo-regiis quoad horum impressionem congruae factae fuerint dispositiones; prout etiam omnes pecuniarum ad extus in minimis quoque sum-

mis absque peculiari indultu regio attentandae transpositiones severe denuo vetantur.

Quae cuncta ita per suam maiestatem sacratissimam caesareo-regiam et apostolicam clementer constituta Praetitulatae Dominationi Vestrae de altissimo iussu regio pro eo intimat consilium hoc locumtenentiale regium, quatenus de hisce intra bimestre fideliter peractis superius benigne desideratas declarationes, vel potius relationes quo ocius isthuc repraesentare noverit et nec intermittat eadem Praetitulata Dominatio Vestra. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico, Posonii, die secunda mensis aprilis anno Domini Millesimo septingentesimo octuagesimo primo celebrato. Praetitulatae Dominationis Vestrae ad officia parati comes Georgius Fekete m. p., Franciscus Skerlecz m. p. 1781. ápr. 2.

Papirosra irt eredetije: Ziczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 17. nr. 40.

CLXXI.

Eger. 1781. november 22.

Bihary Ferencz, egri gymnasiumi igazgató, értesíti Zúri Fülöp apátot, hogy a rend tagjait miként osztotta be a tanításra s jó tanárkodásuk eredményeként kiemeli, mily nagy az ifjúság létszáma s a sok nemes ifjún kívül még Esterházy Imre is ide hozta a fiait.

Reverendissime Domine Abbas!
Domine singulariter Colende!

Post meum Agriam reditum, illico ut receperam, cum magnifico domino Vörös agere coepi de mutatione professorum; ac perfractis denique feliciter obstaculis, quae Constantino a doctione liberando, et Francisco ad eam sine praemissa repetitione Budensi admovendo obstabant, faventem designationi nostrae resolutionem accepi die decima nona novembris; et illico die vigesima prima Constantino ab onere docendi absoluto, surrogavi patrem Emericum; relictoque in sua statione Raymundo, Ladislaum syntaxi, Maurum grammaticae, Franciscum denique magnae scholae praefeci. nov. 19. nov. 21.

Quod gymnasium attinet: praeter copiosam iuventutem, inque ea permultos avita nobilitate claros, habemus etiam duos filios excellentissimi domini comitis Emerici Eszterházy generalis; quorum senior Paulus ad primam humanitatis, iunior vero Carolus ad syntaxim admissus est. Horum adolescentum ad gymnasium istud adventum, videor mihi posse intueri, quasi testimonium quoddam bonae institutionis a dilectissimis filiis Reverendissimae Dominationis Vestrae iuventuti in hoc gymnasio impensae.

Quos dum in paternum affectum ac benignam reflexionem impense commendo, meamque simul operam deinceps quoquo ad servitia sincere offero, addita ad omnes humanissima salute, persevero Agriae die vigesima secunda novembris, anno Millesimo
1781. nov. 22. septingentesimo octuagesimo primo, Reverendissimi Domini Abbatis ad obsequia paratus Franciscus Bihary m. p.

Papirosra írt eredetije a zirczi apáts. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 17. nr. 46.

CLXXII.

Pozsony. 1781. deczember 24.

Csáky János gróf a helytartótanács nevében felszólítja Züri Fülöp pilis-pásztói apátot, hogy a rendtagokat, a kik lectorok vagy professzorok lesznek, a budai egyetemre küldje, miként ezt egy régibb királyi rendelet előírja.

Reverendissime Domine nobis Observande!

Meminerit Praetitulata Dominatio Vestra, quidnam eidem in ordine ad repetentes, et respective professores ex ordine suo ad regiam universitatem Budensem exmittendos, sub decima septima
1778. aug. 17. augusti, anni Millesimi septingentesimi septuagesimi octavi, de benigno iussu regio abhinc intimatum fuerit.

Cum autem pro theologicis disciplinis recolendis, aut condiscendis Praetitulata Dominatio Vestra nullum, et in facultate philosophica aeque nullum hactenus repetentem ad eandem regiam universitatem Budensem exmiserit; denique toto abhinc triennio lectores, aut professores, qui philosophicis, aut theologicis di-

sciplinis tradendis admoventur, pro examine, aut adprobatione nulli se se ex ordine suo in universitate regia Budensi stiterint: hinc Praetitulatam Dominationem Vestram hisce de benigno iussu regio reflecti, ut praecitatam benignam resolutionem regiam accurate observare ac per subordinatos sibi religiosos eandem benignam resolutionem quoad omnes continentias quam strictissime observari facere noverit.

Caeterum clementer vult sacratissima sua maiestas, ut ordinis sui lectores, aut professores, qui theologicis aut philosophicis disciplinis admoti sunt, aut in futurum admovebuntur, pro examine et adprobatione ad universitatem regiam Budensem exmittantur; eo etiam declarato, quod idipsum ad lectores et professores actuales in eadem universitate hucdum minus adprobatos examinibus rigorosis facultatis illius, in qua nimirum seu professores, seu lectores agunt, subiiciendos extendatur, et terminus a prima ianuarii anni currentis Millesimi septingentesimi octuagesimi primi assumatur, vel eo a fortiori, cum ad hoc tempus ab anno Millesimo septingentesimo septuagesimo octavo emanatae et publicatae primitivae resolutionis regiae ordo suus sufficiens tempus habuerit, subiecta sua ad haec examina coram universitate subeunda praeparandi. 1781. jan. 1. 1778.

Quam proinde benignam resolutionem regiam Praetitulatae Dominationi Vestrae hisce de altissimo iussu regio pro eo intimavi, ut ad exactissimum effectum eiusdem sibi incumbentia agere nullatenus intermittat. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico Posonii, die vigesima quarta mensis decembris. anno Domini Millesimo septingentesimo octuagesimo primo celebrato. Praetitulatae Dominationis Vestrae ad officia parati comes Joannes Csáky m. p., Franciscus Skerlecz m. p., Lazarus Somssich m. p. 1781. decz. 24.

Papirosra irt eredetije a zirczi ap. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 17. nr. 47.

CLXXIII.

Pozsony. 1782. julius 29.

A helytartótanács a szerzetes rendek főnökeit, s így Zúri Fülöp pilis-pásztói apátot is felhívja, hogy a tanárok megválasztásánál nagy gonddal járjon el s a rend tagjait a budai egyetemre küldje.

Reverendissime Domine! nobis Observande!

Cum innotuerit consilio huic locumtenentiali regio, ad docendum tales plerumque religiosos destinari admoverique, qui requisitis ad id qualitatibus destituti, non eo, quem systema praescribit, modo et ordine suae curae creditam iuventutem instruunt: Praetitulatae Dominationi Vestrae intimandum esse duxit consilium hoc locumtenentiale regium, ut deinceps in denominandis ad docendas scholas religiosis suis maiorem delectum adhibere ac nonnisi tales, quos omni ex parte idoneos, atque sufficientibus qualitatibus instructos, spiritumque systematis probe adsecutos esse proprio sensu suo cognoverit, dominis regiis superioribus directoribus proponere noverit. Et cum collegii repetentium, in regia universitate Budensi collocati, is etiam praestitutus esset finis, ut superiores religiosorum ordinum alumnos suos pro repetendis, condiscendisque diversis scientiis et disciplinis eorsum exmittant, hi porro, postquam inde redeunt, alios coalumnos suos in iisdem disciplinis erudiant, praeparentque ad scholas publicas cum fructu docendas: Praetitulatam Dominationem Vestram super eo constituendam esse duxit consilium hoc regium locumtenentiale: an alumnos habeat curriculum repetitionis scientiarum, signanter autem qualium, in antelata universitate absolventes? an repetitiones eiusmodi scientiarum et qualium in aliqua religiosa domo serventur? quo denique modo et ordine procedatur? Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico, Posonii, die vigesima nona mensis
1782. jul. 29. iulii, anno Millesimo septingentesimo octuagesimo secundo celebrato Praetitulatae Dominationis Vestrae ad officia parati comes Joannes Csáky m. p. Ludovicus Boros m. p.

Papirosra irt eredetije a zirczi ap. levéltárban: Act. Abb. Pászt. fasc. 17. nr. 50.

CLXXIV.

1783. május 20.

Zúri Fülöp pilis-pásztói apát elismeri, hogy Egerben a volt jezsuita gymnasiumot, kollégiumot, templomot, majorkertet és a hozzájok tartozó ingóságokat a gymnasiumi tanítás és az istentisztelet gyakorlása czímén adományozták a pilis-pásztói apátságnak.

Infrascriptus ordinis Cisterciensis abbas de Wellehradio, qua tamen abbas in Hungaria de Pilis et Pásztó, fateor tenore praesentium, quod cum sua sacra caesarea et regio-apostolica maiestas, pro sua materna clementia, cura et sollicitudine, qua rectae iuventutis educationi et institutioni benigne prospectum esse voluit, collegium abolitae Societatis Agriense, cum nonnullis mobilibus; aedificium scholare, in quinque cubicula debite divisum inque vicinia collegii extructum; domum praeterea Foglarianam dictam, per canonicum olim Foglár pro conservatione scholaris aedificii donatam, illam nempe, cuius areae fundo scholae publicae per abolitam Societatem erectae fuerunt; hortum suburbanum cum falcastro, quae simul 14000 quadratarum orgiarum complectuntur et muro lapideo cincta sunt; aedificiumque ibi existens, tribus cubilibus constans, e solidis materialibus extructum, et per abolitam Societatem pro allodio tentum; vineas insuper 300 circiter fossorum per eandem abolitam Societatem possessas, quarum tres, utpote Nagy-Szőlő, Handler et Vagner vocatae, in promontorio Nagy-Megyer (igy), terreno autem venerabilis capituli Agriensis situantur; aliae itidem tres: Egyed-Járó, Sindeles et Donat compellatae, in promontorio Alsó-Czigled existentes, quae iuri terrestrali episcopatus Agriensis subsunt; denique bibliothecam collegii Agriensis, ea tamen in parte, qua efformato prius generali in quarumvis abolitae Societatis bibliothecis repertorum librorum indice, iuxta elaborandam universarum harum bibliothecarum regulationem pro gymnasio Agriensi clementer destinata fuerit; 300 praeterea urnas vini in collegio Agriensi ex ultima procreatione remanentes; extantemque aedilium materialium suppelectilem; demum apothecam per episcopum condam Telekessy, pro dote praeattactae ecclesiae collegii fundatam et in eodem collegio prae-

existentem mihi ordinique meo Cisterciensi et religiosis in maiori gymnasio Agriensi scholas publicas docturis, ea ratione clementissime resolvere, unaque disponere dignata fuisset, ut ad formandum Agriae conventum bona ad utramque abbatiam Pilisiensem et Pasztoviensem pertinentia sub unam et identicam ibidem constituti Cisterciensium superioris administrationem consignentur eidemque conventui applicentur; ut ego et ordo meus quinque professores pro maiori gymnasio requisitos, unum praeterea extraordinarium, catechetam, item exhortatorem intertenere et scholas iuxta praescriptum novi systematis litterarii gratuito docere obligemur. Eo hic ad clariorem rei intellectum declarato, quod cum in systematica salariorum emensione pro directoris honorario certum pensum emensum sit: idcirco, si directorem non ex antelato ordine meo esse contigerit, nec ad illam pensionem ullam praetensionem habere possim; ideo ducenti floreni pro honorario directoris ex fundo studiorum destinati attunc unice nobis competent, si directorem ex praescripto ordine meo esse contigerit. Ac porro quoque clementissime resolverit, ut ecclesia abolitae Societatis collegio annexa et Sancto Francisco Borgiae dedicata, cum sacra supellectili et rebus appertinentibus, penes solita inventaria, repetito ordini meo cum obligatione cultum divinum ea, qua per abolitam Societatem in praefata ecclesia factum, ratione per ordinis mei religiosos providendi et conservandi resignaretur. Quantum vero futuris praelibatae ecclesiae necessitatibus providendum foret, eatenus etiam pro dote apothecam dictam ea ratione assignaverit, ut haec successivis temporibus intacta perseveret, ex annuis vero proventibus necessitates ecclesiae provideantur, sartaque et tecta conserventur, devotiones peragantur. Fateor, inquam, qua utriusque abbatiae abbas, et recognosco meo meorumque successorum ordinis mei nomine, praescriptum abolitae Societatis collegium Agriense cum nonnullis mobilibus, ecclesiam cum sua supellectili et ornatibus, caeteraque singillative et specifice enumerata per spectabilem dominum Antonium Vörös de Farad, vice-locumtenentem regium, sacrae caesareo-regiae apostolicae maiestatis consiliarium, superiorem studiorum et scholarum per districtum Budensem directorem regium, primum quidem patri Methudio Beitler, residentiae Pasztoviensis ordinis

mei superiori, die octava novembris, anno Millesimo septingentesimo septvagesimo sexto, in praesentia reverendissimi domini Michaëlis Ambrosowszky venerabilis capituli Agriensis canonici, et domini Nicolai Liszkay comitatuum Hevessiensis et Exterioris-Szolnok articulariter unitorum vicenotarii, denique et revevendi domini Josephi Hegyi, directoris localis gymnasii Agriensis, dein vero mihi et ordini meo die septima mensis augusti anno Millesimo septingentesimo septvagesimo septimo, in conformitate clementissimarum resolutionum regiarum resignata, sed et summam 4500 florenorum seminarii Agriensis, quae antea apothecae inhaerebat, ex cassa generali fundi studiorum successive rite enumeratam depositamque, ac ita apothecam quoque traditam esse: quodve praefatum abolitae Societatis collegium Agriense, aedificium item scholare ceteraque superius enumerata modis et formis in praeattactis benignis resolutionibus regiis deductis, ea cum conditione et obligatione tradita et resignata acceperim, quod neque ego, neque vero mei in officio successores, ordo et religiosi eiusdem mei ordinis scholas publicas in maiori gymnasio Agriensi docturi ex memoratae ecclesiae per suam maiestatem clementissime resoluta dote, utpote apotheca in collegio existente, provenientes annos redditus alium in finem, quam pro huius ecclesiae necessitatibus, nunc et in futurum convertere, aut converti facere velim velintque mei praerecensiti; verum potius ex iisdem redditibus praeattactam ecclesiam sacra supellectili ac cunctis aliis necessariis pro circumstantiarum ratione citra omne dispendium providere ac debite conservare et conservari facere, obstrictus sim et obligatus, sintque mei in officii successores; ordo meus, caeterique praerecensiti etiam omnes praevio modo considerati, nunc et in futurum obligati simus scholas ad gymnasium maius pertinentes sine omni subsidio docere, bona ad utramque abbatiam Pilisiensem et Pasztoviensem pertinentia conventui Agriensi benigne applicata sub una et identica superioris administratione, non comprehensis hic ducentis florenis pro directore benigne resolutis; deinde resignata nobis aedificia in bono statu sumptibus utriusque abbatiae conservare et reparare; neque unquam eatenus ad fundum studiorum recursum, aut in eodem studiorum fundo praetensionem facere velimus velintque mei in officio successores. In vineas etiam

1776. nov. 8.

1777. aug. 7

tercentorum circiter fossorum supra enumeratas omnem vigilantiam, curam et sollicitudinem adhibere; et ideo neque licitum sit, ullo tempore, occasione, aut quocunque sub praetextu dictos fundos, aedificia, fundationes diminuere, aut sive in parte, sive in toto propria authoritate vendere, aut alineare seu commutare. Quantum vero ad hortum abolitae Societatis attinet, cuius proprietatem sua maiestas gymnasio conferre dignata est; ordini vero meo erga praestandam reparationem eiusdem usum fructum admittere, ita tamen, ne sub ullo praetextu iuventutem occasione consvetarum recreationum ab ingressu atrii eiusdem arcere valeat; eatenus etiam caveo eundem ordinem meum, neque huius proprietatem ipsi gymnasio praesentibus aut futuris temporibus controversum iri, neque etiam iuventutem scholasticam a consvetis in eodem habendis recreationibus exercendisque ludis ullo sub praetextu arcendam esse; in vicem vero percipiendi eiusdem usus fructus sumptibus et expensis ordinis fore reparandum. Harum mearum vigore et testimonio litterarum reversalium mediante.
1783. maj. 20. Datum die vigesima mensis maii anni Millesimi septingentesimi octvagesimi tertii, Philippus Zuri m. p., abbas Wellehradii, qua abbas de Paszto et Pilis.

Papirosra irt eredetije a zirczi apáts. levélt.: Act. abb. Paszt. fasc. 17. nr. 66.

CLXXV.

Pozsony. 1783. deczember 9.

Niczky Kristóf gróf a helytartótanács részéről közli a legfelsöbb rendeletet, mely a helytartótanácsot, a m. kir. udv. kamarát és a m. kir. kuriát Budára, az egyetemet Pestre, az akadémiákat Pozsonyba, Egerbe, Zágrábba és Nagy-Váradra, a generalis seminariumokat meg Pozsonyba, Egerbe és Zágrábba helyezi.

Reverendissime Domine!

Cum ad rite administrandae reipublicae rationem id praeprimis pertineat, ut dicasteria, partim legum executionem sibi concreditam habentia, partim ad opportunitates regnicolarum aerariique regii constituta, versus centrum regni contrahantur, ad quod e cunctis

regni, partiumque ei adnexarum circulis aequalis sit gerendorum negotiorum causa accessus, pari item celeritate altissima iussa regia in omnes regni partes perferantur. Hinc benigne decrevit sacratissima sua maiestas: consilium hoc locumtenentiale regium, cameram item regiam Hungarico-aulicam, nec non curiam regiam, primo, quo fieri poterit, tempore, in liberam regiamque civitatem Budensem, velut ipsa sua vetustate arceque regia claram ac versus regni centrum commodissime sitam, transferre, hocque pacto vota regnicolarum identidem posita exsolvere.

Cum interim haec ordinatio regia id sequelae post se trahat, ut regia universitas, cum academia Theresiana, seminario item generali, abinde removeri, et ad alia loca transferri debeat: hinc relate ad haec instituta benigne constituit summefata sua maiestas, et quidem:

Primo. Intuitu universitatis, ut haec cum tribus suis facultatibus, quippe iuridica, medica et philosophica Pestinum transferatur, theologica vero non nisi in iis deinceps existat locis, ubi seminaria generalia, quemadmodum paulo inferius dicetur, constabilita sunt; interim tamen ipsa theologica facultas in uno et altero seminarii generalis loco constituenda ipsi universitati Pestanae ita incorporata maneat, ut ibidem doctorales in theologia promotiones nonnisi nomine universitatis Pestanae suscipi ac consueta etiam doctoratus diplomata illius solummodo nomine expediri valeant.

Secundo. Cum studium theologicum deinceps nonnisi in tribus locis, quippe Agriae et Posonii, utrobique cum decem professoribus, item Zagrabiae cum quatuor professoribus stabiliendum sit: hinc inter illos ipsos professores, qui iam actu existunt, etsi decretis regiis provisi sint, concursus instituendus veniet, ac ex iis non minus, quam cunctis aliis, qui se concursui praesentaturi sunt, maxime idonei pro tribus his praeattactis locis deligendi venient.

Tertio. Tirnaviensis, Jaurinensis et Cassoviensis academiae cum initio venturi anni scholastici Millesimi septingentesimi octuagesimi quarto-quinti cessent; studium vero philosophicum Tirnavia Posonium, et quidem pro prima maii anni venturi, Cassovia Agriam ad aedificium universitati destinatum transferendum, Zagrabiae autem et Magno-Varadini porro etiam relinquendum, non secus

1784/85.

1784. máj. 1.

1884. máj. 1. studium etiam iuridicum Tirnavia Posonium aeque pro prima maii transponendum; praeterea idem studium iuridicum cum initio venturi anni scholastici etiam Magno-Varadini inducendum, benigne resolvit sacratissima sua maiestas.

Quarto. In universitate, item in locis, ubi altiora tradentur, non modo omnium toleratarum religionum studiosis idipsum alioquin exposcente ratione educationis studendi copia facienda est, verum et professores pro iuridica, medica et philosophica facultate, habita unice maximae idoneitatis ratione, e quatuor religionum individuis indiscriminatim deligendi venient; quemadmodum vice versa clementer iussit altefata sua maiestas, ut etiam protestantes in scholis suis, ac signanter Debreczini, Sáarospatakini, Posonii, Sopronii, Eperjessini, et aliis, excepto unice theologico studio, professores catholicos a cathedra arcere neutiquam possint, aut debeant; quin potius in cunctis illorum scholis studiosi catholici non modo studiis operam navare possint, sed et ad cathedras admoveantur.

Quinto. Quod demum seminaria generalia concernit, cum iuxta exhibitum altissimo loco cleri saecularis et regularis syllabum necessitati dioecesium, huc intellectis etiam graeco-catholicis, et respectivorum ordinum religiosorum commensuratum, pro regno Hungariae partibusque adnexis, hic et nunc 1200 clerici requirantur: hinc pro his seminarium generale, Posonii et Agriae, ea ratione benigne constituit altefata sua maiestas, ut in priore quidem vacua arx regia, cum adiacentibus illi aedificiis pro superioritate huius seminarii item decem professoribus et tot numero clericis, quod illa capiet; Agriae vero pro residuis clericis, ac itidem illorum superioribus et decem professoribus aedificium pro universitate destinatum accomodetur; Zagrabiae autem pro Croaticis et Sclavonicis dioecesibus studium theologicum quatuor professoribus provisum, ac pro seminario earum partium deserviturum constituatur. Adeoque pro superius memorato clero pro hisce partibus centum octoginta tres velut earundem necessitati admensi deducantur; studio theologico ad haec seminariorum generalium loca reducto, nullus amplius in statu ecclesiastico applicandus, quin nec ad sacra admittendus erit, qui in illis minimum sex annis institutus haud fuerit.

Sexto. Quo iuventus ad statum ecclesiasticum aspirans, in eam haud redigatur necessitatem, ut, cum nonnisi absoluto philosophiae curriculo in seminaria recipiatur, in duobus locis scholas adire debeat: benigne constituit sacratissima sua maiestas, ut tam Posonii, quam et Agriae, item Zagrabiae philosophicum existat studium. Caeterum

Septimo. Ea est benigna altefatae suae maiestatis voluntas, ut omnes seminaristae Budenses, iam cum prima maii anni venturi 1784. máj. 1. Buda certo transferantur.

Quae proinde Praetitulatae Dominationi Vestrae, pro statu notitiae, suique directione de benigno iussu regio intimanda habet consilium hoc locumtenentiale regium. Datum ex consilio regio locumtenentiali Hungarico, Posonii, die nona mensis decembris, anno Domini Millesimo septingentesimo octuagesimo tertio celebrato. 1783. decz. 9. Praetitulatae Dominationis Vestrae ad officia parati Comes Christophorus Niczky m. p., Lazarus Somssich m. p.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apáts. levéltárában: Act. abb. Paszt. fasc. 17. nr. 72.

CLXXVI.

Fáy Julianna fiával, Ludányi Jánossal kéri a pásztói apátság elüljáróját, segítse négy forinttal, hogy a gyermekét iskolába küldhesse.

Dicsértessék a Jézus Krisztus! Én leg kisebb szegin alázatos szolgálója egy fiam mellettem levő kegyességgel és alázatossággal folyamodunk az Ur Pater Superior Atyánk Urunkhoz, ne terheltetne engemet és egyetlen fiamat segíteni vagy négy forintokkal; mert nem tudok mit tenni, hogy eddig is oskolára nem küldhettem a gyermekemet; mert már az atyja nem gondol vele, csak reám hagyta, inkább szereti az korhelységot, mint sem az gyermekit, hogy taníttatná. Én pedig mint édes anya nem kívánom, hogy korhely legyék, hanem azt akarom, hogy jó ember legyen belüle. Azért alázatossággal folyamodok, ne terheltessék segíteni, hadd vihessem be az oskolába.

Ezzel maradok szeginy Fáy Julianna szolgálója és legkisebb szolgája, Ludányi János.

Papirosra írt eredetije: Zirczi apáts. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 47.

CLXXVII.

Bécs. 1784. augusztus 14.

II. József császár a jezsuiták egri collegiumát, gymnasiumát, templomát, könyvtárát, gyógyszertárát, szőlleit és majorkertjét, a Foglár-féle házat Zúri Fülöp pilis-pásztói apátnak és az egri gymnasiumban tanító rendtagoknak adományozza, a tanítás és az isteni tisztelet végzésének és az épületek fentartásának és kijavításának kötelezettségével.

Nos Josephus Secundus, Dei gratia electus Romanorum imperator semper augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae etc. rex apostolicus, archidux Austriae, dux Burgundiae et Lotharingiae, magnus dux Hetruriae, magnus princeps Transylvaniae, dux Mediolani, Mantuae, Parmae, etc. comes Habspurgi, Flandriae, Tyrolis etc., etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod nos pro paterna cura nostra et solicitudine, qua rectae iuventutis educationi et institutioni benigne prospectum esse volumus, collegium abolitae Societatis Jesu in episcopali civitate Agriensi situm, cum nonnullis mobilibus; aedificium item scholare in quinque cubilia debite divisum, inque vicinia collegii exstructum; domum praeterea Foglarianam dictam, per canonicum olim Foglar pro conservatione scholaris aedificii donatam, illam nempe, cuius areae fundo scholae publicae per abolitam Societatem erectae fuerunt; hortum suburbanum cum falcastro, quae simul quatuordecim mille quadratas orgias complectuntur et muro lapideo cincta sunt; aedificiumque ibi existens, tribus cubilibus constans, e solidis materialibus exstructum et per abolitam Societatem pro allodio tentum; vineas insuper tercentorum circiter fossorum per eandem abolitam Societatem possessas; quarum tres, utpote Nagy Szőllő, Handler et Vagner vocatae, in promonthorio Nagy-Megyer, terreno autem capituli Agriensis situantur; aliae item tres: Egyedjáró, Sindeles, et Donát compellatae, in promontorio Alsó-Czigled existentes, quae iuri terrestrali episcopatus Agriensis subsunt; denique bibliothecam collegii Agriensis, ea tamen in parte, qua efformato prius generali in quarumvis abolitae Societatis

bibliothecis repertorum librorum indice, iuxta elaborandam universarum harum bibliothecarum regulationem, pro gymnasio Agriensi clementer destinata fuerit; tercentas praeterea urnas vini in repetito collegio Agriensi ex ultima procreatione remanentes; exstantemque aedilium materialium suppellectilem; demum ecclesiam repetitae abolitae Societatis collegio adnexam et Sancto Francisco Borgiae pie dicatam, cum sacra suppellectili et rebus appertinentibus penes solita inventaria; nec non apothecam per episcopum condam Thelekessy pro dote ecclesiae praeattacti collegii fundatam et in eodem collegio praeexistentem, atque succesivis etiam quibusvis temporibus intactam perseverandam, summa quattuor mille quingentorum florenorum seminarii Agriensis, quae eidem apothecae antea inhaerebat, ex cassa generali fundi studiorum effective enumerata et deposita, fideli nostro nobis dilecto honorabili Philippo de Zúri, sacri et exempti ordinis Cisterciensium regii conventus Beatae Mariae Virginis de Vellehrád in Moravia et de Pilis et Pásztó in Hungaria abbati, consiliario nostro, marchionatusque Moraviae praelato primo, regiae ecclesiae ad Tischnov priori immediato, ac per Bohemiam, Moraviam et utramque Lusatiam visitatori et vicario generali, eiusdemque sacro et exempto ordini et religiosis in maiori gymnasio Agriensi scholas publicas docturis, ea ratione contulissemus et donassemus, ut idem praedeclaratus abbas ad formandum Agriae conventum bona ad utramque abbatiam Pilissiensem et Pasztoviensem pertinentia sub unam et identicam ibidem constituti sacri et exempti ordinis Cisterciensium superioris administrationem consignare eidemque conventui applicare; mox nuncupatam ecclesiam autem iuxta reversales per ipsum supra nominatum abbatem, sub dato vigesimae mensis maii 1783. máj. 20.
anni praeterlapsi Millesimi septingentesimi octvagesimi tertii, de se et sacro exempto ordine suo Cisterciensi specialiter datas futuris et perpetuis semper temporibus sartam, tectam conservare, provenientes ex dote eiusdem ecclesiae, apotheca nempe annuos proventus unice pro necessitatibus crebrofatae ecclesiae nunc et in futurum convertere; cultum divinum caeteraque servitia spiritualia, more in sacro et exempto ordine suo consveto, et ea, qua per abolitam Societatem in praefata ecclesia factum, ratione zelose praestare; una vero in maiori gymnasio Agriensi scholas publicas docere, et

pro iisdem docendis quinque professores requisitos, unum praeterea extraordinarium, cathecetam (igy), item exhortatorem intertenere et scholas iuxta praescriptum novi systematis litterarii et eatenus exarandarum dehinc etiam benignarum ordinationum nostrarum gratuito docere; eo hic ad clariorem rei intellectum declarato, quod cum ex systematica salariorum emensione pro directoris honorario certum pensum emensum sit: idcirco si directorem non ex antelato sacro exempto ordine porro etiam esse contigerit, neque ad illam pensionem, quae pro directoris honorario assignata est, ullam penitus praerepetitus sacer et exemptus ordo Cisterciensis praetensionem habeat; ac ideo ducenti floreni pro directoris honorario ex fundo studiorum destinati attunc unice competent, si directorem non ex praescripto sacro et exempto ordine Cistercitarum esse contigerit. Denique resignata sibi abbati et sacro suo exempto ordini aedificia in bono statu sumptibus suis conservare et reparare, ita quidem, ut nunquam eatenus ad fundum studiorum recursum, aut in eodem fundo praetensionem formare velit; in vineas autem supradictas omnem vigilantiam, curam et sollicitudinem adhibere antelatus abbas et sacer eiusdem exemptus ordo Cisterciensis obligetur sitque obstrictus; et ideo neque eidem abbati, seu vero eiusdem sacri ordinis religiosis licitum sit, ullo tempore, occasione, aut quocunque sub praetextu aut colore dictos fundos, aedificia. fundationes supraspecificatas diminuere aut alienare, neque citra insinuationem dioecesano, et per eundem consilio nostro regio locumtenentiali faciendam, obtinendumque ea via indultum et ulteriorem inviationem, seu totum, seu partem quamcunque fundorum, seu etiam dotis ecclesiae vendere aut permutare. Quantum vero ad hortum gymnasio Agriensi clementer collatum respicit, eiusdem usum fructum repetito sacro ordini erga continuo praestandam reparandorum reparationem, ita tamen, ne sub ullo praetextu iuventus maioris gymnasii occassione consvetarum recreationum ab accessu et usu eiusdem horti arceri possit atque valeat, clementer concedimus, imo assignamus, conferimus, donamus et salutarem hanc fundationem animo deliberato, deque plenitudine potestatis nostrae regiae, qua summus in praefato regno nostro piarum fundationum patronus, pro solita nostra in rem litterariam promovendam con-

stanter directa cura, sollicitudine et vigilantia benigne instituimus; nihil prorsus dubitantes, quin nostri quoque in regimine successores providam hanc ordinationem nostram non modo adimplere, quin potius eandem pro ratione circumstantiarum novis etiam gratiis et favoribus augere omnimode adnitantur. Quapropter benigne praecipimus et mandamus, quorum interest, vel in futurum intererit, universis, quatenus praesentem salutarem fundationem et ordinationem nostram in quibusvis evenientibus casibus ad amussim observare noverint, neque eidem sub incursu indignationis nostrae regiae quaqua ratione contravenire praesummant. In cuius maius robur perpetuamque rei firmitatem, hasce secreto maiori sigillo nostro, quo ut rex Hungariae apostolicus utimur, impendenti communitas extradandas esse duximus et concedendas litteras fundationales. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti spectabilis ac magnifici comitis Francisci Eszterházy de Galantha, perpetui comitis in Fraknó, aurei velleris et una insignis ordinis Sancti Stepani (így) regis apostolici magnae crucis equitis, camerarii consiliariique nostri actualis intimi, regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Bani et supremi capitanei ac tabulae banalis praesidis, necnon per regnum nostrum Hungariae et magnum principatum Transylvaniae aulae nostrae, prout et dicti ordinis Sancti Stephani cancellarii, in archiducali civitate nostra Vienna, Austriae, die decima quarta mensis augusti, anno 1784. aug. 14.
Domini Millesimo septingentesimo octvagesimo quarto; regnorum nostrorum Romani decimo nono; Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno quarto.

Josephus m. p., comes Franciscus Eszterházy m. p., Josephus Jablanczy m. p.

Protocollatum in libro regio primae classis sub numero quinquagesimo tertio, pagina quinquagesima sexta et sequentibus. Id quod testatum redditur per Ladislaum Bisztriczey, qua registratorem.

Hártyára írt s piros, fehér és zöld selyem sodraton függő pecséttel ellátott eredetije bőrbe kötve az egri főgymnasium levéltárában. — Hiteles másolatban: Zirczi ap. levt. Act. abb. Paszt. fasc. 17. nr. 73.

CLXXVIII.

Buda. 1784. október 10.

Vörös Antal budai tankerületi kir. főigazgató felszólítja az egri gymnasiumi igazgatót, hogy az egri cziszterczi elüljáró és a pásztói apát egyetértésével alkalmas német nyelvi tanárokról gondoskodjék.

Non dubito, quod admodum reverendus Superior cum reverendissimo praelato Wellehradensi egerit de professoribus in locum eorum, qui germanicam non callent, surrogandis, cum iteratis vicibus interpellaverim. Hinc me ocius edocere non gravetur. Cum enim sua maiestas iubeat, ut iuventus intra triennium se in germanica perficiat, necessario professores in germanica eosdem exercitare debent. Hoc ipso cursore scribo reverendo patri Superiori; placeat proinde parte quoque ex sua cum eodem agere; et si Wellehradio novi missi non sunt, modum adinvenire, qua ratione defectus suppleri valeat, sive per supplentes, sive alia ratione. Cum porro exhortator cum congregatione cesset, et loco horum catecheticae instructiones fieri debeant, pater autem Guillelmus germanicum idioma bene calleat: censerem hunc unius loco assumi posse. Placeat porro mihi et id perscribere, quis catecheticas institutiones humanioribus, quis item grammaticalibus classibus iuxta benignam resolutionem praescripta methodo daturus sit. Oro serio agere et me ocius edocere velit. Ego enim excelso consilio regio referre debeo. Reliqua districtus gymnasia iam professoribus ger-
1784. okt. 10. manicae gnaris provisa sunt. Budae, decima octobris, anno Millesimo septingentesimo octvagesimo quarto. Antonius Vörös.

P. S. Si ultra docentes alii patres Agriae sunt, tunc aliquis institutionem in lingva germanica suscipere posset, et ita defectus duorum magistrorum supplere in forma extraordinarii professoris, ut interea etiam, donec debita provisio fiat, qua licet ratione, succurratur.

Hivatalos másolatban, papirosra írva, az egri főgymnasium levéltárában: Instructiones pro directore et Intimata 1776—1798/9. 136—137. l.

CLXXIX.

Kassa. 1787. február 2.

Török Lajos kassai tankerületi főigazgató értesíti Schumann Theophilt, hogy Ő Felsége az egri gymnasium igazgatójává kinevezte; s buzdítja új hivatala feladatainak megoldására.

Admodum Reverende Pater Director!

Ex adnexo in copia intimato admodum Reverenda Paternitas Vestra sufficienter intelliget, se a sacratissima maiestate localem directorem Agriensis maioris gymnasii clementissime denominatum esse. Vi huius gratiosissimae resolutionis itaque ego infrascriptus, qua districtus huius director superior admodum reverendae Paternitati Vestrae praesentibus praementionati regii maioris Agriensis gymnasii localem directoratum cum omnibus et singulis officio huic propriis praerogativis, praeferentiis ac iurisdictione effective confero collatumque declaro. Qua tali vero committo, ut protocolla ac acta et quaequae ad officium directorale facientia et pertinentia ab admodum reverendo domino praedecessore suo sibi tradi faciat, eaque solerti cum vigilantia conservare, de horum autem tradicione me certum in specifico quantocyus reddere non negligat.

De reliquo diligentem neo-adepti officii executionem, altissimorum mandatorum exactum observantiam, paternam denique studiosae iuventutis curam dum enixe commendo, permaneo admodum reverendae Paternitati vestrae, Cassoviae, secunda februarii, 1787. febr. 2.
anno Millesimo septingentesimo octvagesimo septimo, obligatissimus servus Ludovicus Török, m. p.

Hivatalos másolatban, papirosra írva, az egri főgymnasium levéltárában: Instructiones pro directore et Intimata 1776—1798 9.

CLXXX.

Eger. 1790. április 12.

Az egri cziszterczieк, élükön Schumann Theophil igazgatóval, kérik Heves- és Külső-Szolnok vármegye rendeit, támogassák őket az országgyűlésen, hogy a pilis-pásztói apátságot visszakapják.

Inclyta Universitas Domini Domini Patroni et Fautores Colendissimi!

Nobis etiam tacentibus belle notum est Inclytis Statibus et Ordinibus, qualiter nos authoritate gloriosissimae memoriae Mariae Theresiae matris ac reginae nostrae apostolicae e pervetustis residentiis abbatiarum nostrarum Pásztó et Pilis huc Agriam anno 1776. Millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pro docendis humanioribus classibus et peragendis in ecclesia Sancti Francisci Borgiae servitiis divinis, exciti, collegio, apotheca et vineis Jesuitarum donati, sub glorioso regimine sacratissimae suae maiestatis Josephi Secundi, anno Millesimo septingentesimo octuagesimo quarto deci- 1784. aug. 14. maquarta augusti, super hac regia donatione novo diplomate confirmati, sub eadem tamen sacratissima maiestate, decimaquinta 1787. sept. 15. septembris anno Millesimo septingentesimo octuagesimo septimo e bonis universis, per divos olim Hungariae reges nobis benigne collatis, signanter e gremiali oppido Pásztó, per divum Leopoldum quondam imperatorem ac regem nostrum apostolicum, anno Mil- 1702. lesimo septingentesimo secundo, postliminio nobis reddito, absque ullo delicto aut vitii cuiusque nota exciderimus.

Cum vero publicae regni constitutiones nil frequentius, quam hoc decernant, quod nemo, nisi accusatus et ordine iudiciario convictus, etiam a regia maiestate, puniri, aut possessione bonorum suorum exturbari possit; articuli item decretales, utpote quadra- 1563. gesimus quartus et quinquagesimus quartus anni Millesimi quin- 1613. gentesimi sexagesimi tertii, secundus anni Millesimi sexcentesimi decimitertii, nec non pacificationis Viennensis articuli primi paragraphus secundus et articuli quinti paragraphus quintus expresse praecipiant, ut praepositurae et abbatiae in suo statu et fundatione permaneant, et occupatae iis restituantur, quibus a prima fundatione attributae sunt.

Ac insuper ipsamet saepe fata sacratissima sua maiestas, vigore benigni rescripti sui de dato vigesimae octavae ianuarii 1790. jan. 28. anni currentis, Viennae, Austriae emanati, cunctas ordinationes suas ab anno Millesimo septingentesimo octuagesimo contra anti- 1780. quas consvetudines, privilegia statuum et leges regni editas proprio motu pro revocatis, cassatis et invigorosis clementer declarasset, et omnia usque ad primam maii anni currentis in statum suum pristinum reponenda promisisset.

Ideo Inclytos Status et Ordines suppliciter rogamus, quatenus nos vere afflictos et desolatos solita sua benevolentia et nunc, et occasione generalium regni comitiorum protegere efficacibusque suffragiis suis rem nostram ita promovere dignentur, ut in priora residentiae nostrae loca, olim a divis Hungariae regibus fundata, adnexasque eis possessiones regredi, atque in communitate pro publica inclyti huius regni utilitate, cumprimis per administrationem praefatae ecclesiae et scholarum nobis clementer concreditarum, nec non patriae nobilitatis filiorum in sacrum ordinem receptionem promovenda, vivere liceat.

Pro qua gratia Deum, iustitiae summum praesidem, sibi faventem habebunt; nos vero precibus et sacrificiis nostris pro felici, pacifica et diuturna provinciae huius moderatione, ut sanos et incolumes conservet divinam maiestatem, exorare ad cineres usque contendemus, perseverando Inclytorum Statuum et Ordinum, Agriae, die duodecima aprilis, anno Millesimo septingentesimo nonagesimo, 1790. ápr. 12. humillimi capellani aboliti Cistercienses Agrienses: Pater Theophilus Schumann director m. p., pater Liborius Tomann m. p., pater Bartholomaeus Partly m. p., pater Constantinus Marsalkó rhetoricae professor m. p., pater Ladislaus Ujfalusy syntaxeos professor m. p., Raymundus Pászty professor poeticae m. p.

Hátára irva: Ad Inclytos Status et Ordines comitatuum Heves et Exterioris-Szolnok articulariter unitorum, dominos dominos patronos et fautores gratiosissimos, colendissimos supplex libellus introsertorum Cistercitarum.

Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. 1790. ápr. 12-iki kel. irat.

CLXXXI.

1790.

Zúri Fülöp apát kéri az országgyűlést, működjék közre a pilisi és pásztói apátságok visszaállításánál.

Infrascriptus constitutionibus et legibus regni et patriae, specialiter vero serenissimi regis et inclytorum dominorum Statuum et Ordinum gratiae confisus, supplicat ordini Cisterciensi et sibi
1787. anno Millesimo septingentesimo octvagesimo septimo sine omni culpa ablatas abbatias de Pilis et Paszto gratiose restitui, ex motivis sequentibus:

Inerit gratiosae memoriae, qualiter ordo Cisterciensis statim sub sui exordio ex Gallia in regnum Hungariae, et quidem iam
1135. sub Bela Secundo anno Millesimo centesimo trigesimo quinto, et
1190. sub Bela Tertio anno Millesimo centesimo nonagesimo Pilisium[1] et Pasztovium evocatus, in plurima coenobia excreverit et nonnisi per iniurias temporum, Tartarorum et Turcarum feritate, vi et violentia exinanitus et in paucissimas abbatias et coenobia iterato depressus fuerit.

Inter ea antiquissima sunt Pilisium et Paszto, quae quidem a brutalitate Turcarum devastata, suis religiosis, documentis, terris et appertinentiis spoliata et adeo devastata erant, ut quondam dominus Zolnay, cui Paszto in subsidium suae sustentationis concessum erat et simul ageret parochum, tamen de proventibus utriusque beneficii honeste solus vivere, testantibus id documentis, non valuit, et ideo sponte resignaverit.

Quoniam vero inclyti regni constitutiones, praesertim plures regni articuli clarissimis continerent terminis, ut si quis ordo ob immanitatem infidelium inimicorum in ruginam (így) incideret, eius coenobia, iura et possessiones, dum restitui et restaurari poterunt, nulli alteri, quam illi ordini, cui violenter ablata sunt, denuo restitui et concedi debent: ideo pientissimae memoriae imperatori et regi Leopoldo Primo placuit, ad supplicationem Wellehradensis abbatis Floriani, sexta die novembris anni Millesimi septin-
1702. nov. 6.

[1] Ez és az 1135-iki adat nem felel meg a valóságnak.

gentesimi secundi, abbatiam de Paszto ordini Cisterciensi, et quidem praedicto abbati iure paternitatis eiusdemque conventui Wellehradensi in perpetuum prorsus iisdem terminis restituit (igy) et incorporavit (igy), cum addito, ut tam ille, quam sui successores bona et iura possessionaria abbatiae manutenere, distracta vero et prae manibus fors alienis existentia pro omni possibilitate recuperare teneantur. Quae omnia utriusque abbatiae regia diplomata et benignissimae collationis originalia uberius exhibere poterunt.

Erant igitur abbates Wellehradenses semper confirmati, inter quos subscriptus quartus numeratur, cum conventu Wellehradensi in possessione utriusque abbatiae ab anno Millesimo septingentesimo secundo, et respective Millesimo septingentesimo duodecimo; 1702. 1712. consequenter ultra octvaginta annos semper in restauratione et melioratione abbatiarum et recuperatione indefessi. Et licet cum maximo damno monasterii Wellehradensis successive ultra octvaginta millia florenos in eos (igy) impenderint: tamen de facto ingentes processus et undique impetus ferventes et damnificationes perpessae, proventus aliunde ex toties factis inquisitionibus et nunc ultima tentata administratione exiguos deglutivere adeo, ut maiores progressus facere possibile non fuerit.

Summopere vero se supplicans infrascriptus in procurando augmento et profectu tam in bonum abbatiarum, quam bonum publici totum impendit, dum ab anno Millesimo septingentesimo 1763. sexagesimo tertio in vigesimum aliquotum annum, qua abbas Wellehradensis et utriusque abbatiae de Pilis et Paszto, non tantum omnia aedificia oecomoniae instruendae necessaria restaurare, optime instruere et in modernum multo meliorem statum deducere, sed etiam quamprimum Agriae conventu et ecclesia a piissimae memoriae Maria Theresia donatus fuisset, statim septem patriae filios suscipere conatus est, et plures, si aut haberi potuissent, aut a susceptione candidatorum altissimo imperio prohibitus non fuisset, suscepisset. Susceptos vero solius monasterii Wellehradensis expensis integre vestivit, necessariis providit, per aliquod (igy) annos domi enutrivit, in studiis qualificavit et tales ad gymnasium Agriense cum aliquod (igy) Wellehradensibus expedivit. Quo modo duodecim universim religiosos suos tum ad satisfaciendum ecclesiae, tum scholis Agriae stabilivit; qui per undecim

iam annos tam nobilium, quam civium iuventutem in literis et pietate erudiendo, omnimodam et notorie summa cum laude praestiterunt satisfactionem et de facto praestant. Sed dum utraque abbatia praefatum consecuta fuisset incrementum, iam Wellehra-
1784. dium anno Millesimo septingentesimo octvagesimo quarto ob puram et solam imperantis potentem voluntatem levatum, omnia bona omniaque iura cum ecclesiae notabiliore thesauro et tota substantia amisit, et sic religiosi Agriae expositi a matre sua, seu conventu Wellehradensi et patre suo abbate, cui obedientiam et stabilitatem devoverant, avulsi et sine omni succursu et adiutorio sibi soli relicti sunt. Et dum necdum obcaluisset vulnus hoc, iam
1787. novum super inflictum est, dum anno Millesimo septingentesimo octvagesimo septimo etiam utraque abbatia Pilis et Paszto cum non pridem donato conventu et ecclesia Agriensi, cum omnibus documentis et instrumentis, inscio et nunquam vocato, aut prius informato abbate, levatae, religiosi vero inibidem degentes adeo dispulsi sunt, ut quo capud (igy) illico reclinarent, non invenerunt locum, usque dum ex pura gratia ad episcopalis gymnasii partem aedificii admissi, in qua hucusque sub protectione excellentissimi domini episcopi Agriensis aliqui studio gymnastico qua professores deserviunt, alii ad Moraviam redire, alii in Hungaria locales agere capellanos necessitati fuerint.

Tantae inopinatae rerum disturbiae nullius cor magis ferire, imo dilaniare poterant, quam infrascripti, qui a gloriosissimae memoriae imperatrice et regina Maria Theresia iam anno Milles-
1763. simo septingentesimo sexagesimo tertio regio diplomate pro utra-
1764. aug. 28. que abbatia donatus, confirmatus et anno Millesimo septingentesimo sexagesimo quarto medio illustrissimi domini baronis Vajay (igy) vigesima octava augusti in utramque abbatiam erga ex proprio et sine ullo Hungarico succursu pecuniario depositam taxam duo millia florenorum parato introductus et installatus, consequenter viginti aliquot annis in iure possessionis erat. Sed post omnia, dum se in meliorando abbatiarum statu, in instituendo et stabiliendo studio gymnastico Agriensi, in qualificandis patriae filiis et pro honore et utilitate regni, et sic ad satisfaciendum desiderio regis et regni se totum omni cum fervore impendisset, — laborum suorum: ab utraquae abbatia nec vocatus, nec auditus,

avulsus et omnibus iuribus, instrumentis, documentis et appertinentiis innocenter privatus et nunc ad modernam dietam, etsi supplicans, admissus non est.

Inclyti Status et Ordines exinde gratiose ipsi dignoscere dignabuntur, infrascriptum tam bene de regno meritum compassione et communis gratiae (igy) non esse indignum. Quoniam igitur, ut fama fert, non tantum sacratissimae maiestatis, sed et inclyti regni iustissima intentio eo collimat, ut omnia in pristinum statum reddantur et fundationes antiquae sine ullo decreto amissae suis integre restituantur: eapropter infrascriptus, quatenus inclyti Status et Ordines eo gratiose cooperari dignarentur, ut ambae abbatiae Pilis et Paszto, cum omnibus possessionibus, iuribus, documentis et appertinentiis, cum donato collegio et ecclesia Agriae situata, sola authoritate et potentia defuncti imperatoris, anno Millesimo septingentesimo octvagesimo septimo, innocenter 1787.
avulsae ordini Cisterciensi illiusque legitimo abbati iterato gratiose restituantur et in eum statum, quo ante annum Millesimum septin- 1787.
gentesimum octvagesimum septimum inveniebantur, benignissime reponantur, ardentissime supplico.

Pro qua gratia sibi quasi novis fundatoribus non tantum totum ordinem, sed et abbatem cum suis ob votum emissum inseparabilibus religiosis perpetuo gratissimum devincens, quorum omnium nomine se summo et cum debitissimo respectu subscribit humillimus servus Philippus Zuri, abbas de Wellehradio, Pilis et Paszto.

Papirosra irt fogalmazványa: Zirczi ap. levt. III. 56. sz.

CLXXXII.

Eger. 1790. julius 23.

Esterházy Károly gróf egri püspök Schumann Theophilt az egyházmegyei kötelékből nagy sajnálattal feloldja és így lehetővé teszi, hogy az austriai heiligen-kreuzi kolostorba léphessen.

Carolus, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Agriensis, e comitibus Eszterházy de Galántha, perpetuus in Fraknó, arcium et dominiorum Pápa, Ugod et Devecser haereditarius dominus, inclytorum comitatuum Heves et Exterioris-Szolnok articulariter unitorum supremus ac perpetuus comes, sacratissimae caesareae et regio-apostolicae maiestatis status actualis intimus consiliarius etc. etc. dilecto nobis in Christo reverendo patri Theophilo Schuman, sacri ordinis Cisterciensium professo salutem et episcopalem nostram benedictionem!

Quamvis viro scientifico, sacerdote exemplari, vitae et morum honestate praedito, salutisque animarum studioso, qualem temet, per sedecim et quod excedit annos, in civitate hac nostra Agriensi luculenter exhibuisti, dolenter privemur; postquam tamen tu ad sacrum ordinem tuum Cisterciensem, ex quo sublato, quod incolebas, monasterio Agriensi, iniuria temporum excidisti, denuo redire, ac monasterio Austriaco Sancto-Crucensi adscribi in animum firmiter induxisses, ac eatenus etiam a sua maiestate sacratissima, rege nostro apostolico, nec non concernente superioritate tua, superiore nempe studiorum per districtum Cassoviensem directore regio licentiam impetrasses et nobis etiam pro eo debita cum reverentia supplicuisses; ne votis tuis obicem poneremus, ast potius te litteris nostris commendatorio-dimissorialibus comitari dignaremur: nos precibus tuis inclinati, nec sanctum haec propositum tuum morari cupientes, te ab obligatione dioecesi nostrae Agriensi serviendi solutum reddimus et per praesentes dimittimus; ac ut religiosum tuum ordinem repetere possis, non modo facultatem impertimur, verum etiam futuris quibuscunque praelatis et superioribus tuis te tamquam verum et exemplarem, salutemque animarum zelantem sacerdotem, nulla caeteroquin ad notitiam nostram censura irretitum ac de republica Christiana aeque ac

litteraria optime meritum grati in Domino commendamus; praecantes ex animo, ut restituto quamprimum ordini tuo Agriensi monasterio tu cum pluribus sacri ordinis tui sociis ad nos rursus revertaris. Datum Agriae, die vigesima tertia iulii, anno 1790. júl. 23.
Millesimo septingentesimo nonagesimo. Carolus, episcopus Agriensis mp. (L. S.).

Papirosra írt eredetije a zirczi ap. levéltárban, 1790. jul. 23-iki kelettel.

CLXXXIII.

A pásztói cziszterczi rendtagok kérik az országgyűlést, hogy a pásztói apátságot vagy a zirczi, vagy a szent-gotthárdi apát alá rendelje, az apátság jövedelmeinek az egri gymnasium és templom czéljaira fordításával.

Inclyti Status et Ordines Regni Hungariae! Non sine svavi animorum sensu meminisse nos decet avitae illius pietatis, qua incensi maiores nostri mox sub exordium sacri ordinis Cisterciensis monachos e Gallia, atque ex ipsa Bernardi schola Clara-Valle in regnum hocce apostolicum evocavere, ut a veris illis Mariophilis in regno Mariano perpetim aliquod obsequium Deo ac Deiparae Virgini exhiberetur; atque universi eius incolae, monachis authoribus, unice salvificam fidem aut conservarent aut amplecterentur.

Sic eduxit inclyta gens nostra familiam Cisterciensem iam sub Bela Secundo, anno Millesimo centesimo trigesimo quinto Tapol- 1135.
czam, sub Bela Tertio, anno Millesimo centesimo octvagesimo 1184.
quarto Pilisium, ac dein anno Millesimo centesimo nonagesimo 1190.
Pasztovium, abbates eius primo praelatorum statui adnumerans, sessione ac voto in comitiis donans. Tamque strenue in propagando hoc sacro ordine, cuius eximios fructus libaverat, desudavit Hungaria, ut brevi quadraginta, et quod excurrit, coenobia amplis redditibus aucta intra ambitum suum numeraret. Quin, si quid detrimenti subita Tartarorum irruptio, vel Turcarum furor percharo huic ordini attulisset, gentis nostrae liberalitas abunde semper reparavit.

Nam, ut antiquiora taceantur, et ea solum, quae nos propius concernunt, adferantur: sub gloriosissimae memoriae imperatore ac rege apostolico Leopoldo Primo iam ante saeculum, anno
1690. videlicet Millesimo sexcentesimo nonagesimo praefatae de Pilis ac Pásztó abbatiae ad iura legesque Cistercii rediere, atque paulo post domino Floriano Nezorin, Wellehradensis coenobii in Moravia abbati, cum omnibus iuribus et possessionibus postliminio collatae fuerunt, ut secutura aetate, per omnia piae fundatorum intentioni correspondendo, formale ordinis Cisterciensium monasterium erigatur.

Et quia patria e conscriptionibus iteratis dolenter videret, proventus unitarum abbatiarum de Pilis ac Pásztó longe tenuiores adhuc esse, quam ut erigendo formali monasterio sufficerent,
1776. novissime anno Millesimo septingentesimo septuagesimo sexto nos ex Pásztó in episcopalem civitatem Agriensem evocaverat, atquae collegio abolitae Societatis Jesu cum ecclesia, apotheca, scholis et vineis ea conditione liberalissime donaverat, ut hic conventum formando, nobiliorem suam iuventutem in litteris ac pietate erudiremus. Quam salutarem donationem augustissimus quoque imperator Josephus Secundus ad remonstrationem excelsi
1784. aug. 14. consilii locumtenentialis novo diplomate anno Millesimo septingentesimo octogesimo quarto, die decima quarta augusti clementissime firmavit.

Sed, quoniam fluxae sunt res humanae, tertio abhinc anno, dum iuventutem scholasticam in gymnasio Agriensi iam undecim in annum gratuito et plena cum satisfactione publici institueremus, dum in praefata ecclesia fideli populo obsequia divina ferventer ministraremus: versa est alea, atque, ut Inclytis Statibus et Ordinibus ignotum esse nequit, ex universis bonis et iuribus possessionariis toties nominatarum abbatiarum de Pilis ac Pásztó, sub altefatis divis olim Hungariae regibus nobis benigne collatis, restitutis, confirmatis, proh dolor! nullo praecedente delicto, aut vitii cuiuscunque nota, subito, nec citati, nec auditi, nec convicti, contra mentem legum patriarum, excussi, atque cum domicilio habitum quoque mutare coacti sumus.

Iam quam graviter cor omnium nostrum fulmen hoc sauciaverit, quamve acerbe usque modo feramus, quod a vocatione

nostra deturbati, e monasterio eiecti, bonis et iuribus abbatialibus exuti extra claustrum, ut piscis extra aquam, vivere, atque per vicos et domos saecularium dispersi, absque superioris ductu habitare debeamus, nemo est, qui satis explicet.

Ideo in singulari atque insigni Inclytorum Statuum et Ordinum erga Deum pietate, atque magnanima in suum cuique tribuendo aequitate, fiduciam nostram locantes, per quidquid sacrum, sanctumque est, obtestamur: quatenus, maiorum suorum vestigia premendo, nos in regno hocce apostolico legaliter donatos, stabilitos et receptos, nunc vero omnibus bonis, iuribus et documentis abs demerito spoliatos, ac idcirco vere afflictos et desolatos solita sua benevolentia complecti ac gratiosissime efficere dignentur, ut nobis priora abbatiarum nostrarum loca, adnexasque eis possessiones et occupata pro parte fisci regii litteraria instrumenta quo ocyus rehabere, atque in communitate, iuxta mentem divorum fundatorum, sub regulari disciplina ac votorum observantia, vivere ad mortem usque liceat.

Neque autem nostrae solum tam temporalis, quam aeternae salutis ratio hic subversatur, sed verius universi publici, cuius maximopere interest, avitas patriae leges et praerogativas nobilitares omnes absque discrimine illaesas permanere ab earumque violatione, sub quocunque praetextu attentanda, universos cohibere: interest, quospiam patriae filios Deo fidelius servire cupientes religioso in statu decenter provideri ac una concernentem eos haereditatem pro reliquorum beatitate intactam remanere; interest, existere viros spiritu Dei repletos, qui a mundano tumultu remoti, dum caeteri negotiis saeculi implicantur, felicitatem regni ferventibus a Deo precibus exorent; interest, existere sacerdotes longiori tempore in virtutis schola probatos et exercitatos, qui et domi ecclesiam Dei spiritualibus obsequiis provideant et subin pro auxilio animarum evocentur, maxime tunc, dum pestifera lues pastoribus viduatas populatur provincias; interest denique, existere moderatores, qui iuventutem nativo suo pondere in otium et vitia ruentem ad litteras ac virtutem solide erudiant. Quarum quidem functionum partem actu implemus Agriensi in civitate, gymnasio ac dioecesi, reliquas post restitutionem ubi-ubi et quocunque modo Inclytis Statibus et Ordinibus libuerit, promptissime exequemur.

Et quia Inclytis Statibus et Ordinibus aequum videtur, nos a patre nostro, venerandissimo domino Philippo de Zúri, abbate quippe Moravico levati coenobii Wellehradensis, independentes fieri, in id quoque, etsi dolenter consentimus, humillime supplicantes: ut quoniam sumptus abbatiarum Pilis ac Pásztó per conscriptionem eruti pro congrua proprii abbatis sustentatione minime sufficiunt, noviter fors eligendo Hungaro abbati Zirczensi, aut Sancti-Gotthardi quoad regularia subiiciamur; e redditibus vero requisita pro ecclesiae et scholae functionibus ordinis subiecta Agriae interteneantur, atque sic fundo religionis et scholarum, qua fieri potest ratione, consulatur.

Nos in vicem gratitudinis pro felici, pacifico ac perenni inclyti Hungariae regni statu precibus et sacrificiis Deum exorare ad cineres usque cotendemus, manentes, Inclytorum Statuum et Ordinum infimi clientes et capellani Hungari Cistercienses Agrienses: Pater Theophilus Schumann, director gymnasii Agriensis, plenipotentiatus domini abbatis. Pater Guillelmus Machek, capellanus loci Miszlókae. Pater Bartholomaeus Bartly, concionator. Pater Constantinus Marsalkó, professor rhetoricae. Pater Ladislaus Újfalussy, professor grammaticae senior. Pater Maurus Palyuch, capellanus loci in Markasz. Pater Raymundus Pászty, professor poeseos. Pater Franciscus Roják, cooperator in Varannó.

Hátán ezt olvassuk: Ad Inclytos Status et Ordines apostolici regni Hungariae in diaeta congregatos.

Papirosra nyomtatva: Zirczi apáts. levélt., a pásztói iratok között beosztatlan.

CLXXXIV.

1801. deczember.

Marsalkó Konstantin tudatja Pászty Rajmund egri gymnasiumi igazgatóval, hogy meggyőződése szerint Schumann Theophil apátságra törekszik.

Admodum Reverende ac Clarissime Pater Director!
Mihi Colendissime!

Utinam fallar! Sic tamen res apparet, uti ominor, admodum reverendum patrem Theophilum abbatialis dignitas extimulat, nec aliud; nam obedientiam religiosam, quin et accomodationem honestam actu habet. Confirmor hac in opinione litteris eiusdem, quas non ita pridem ad Agrienses dedit, caetera inter haec habentes: Se ab eminentissimo cardinale, episcopo Sabariensium regi nostro augustissimo sic esse commendatum: Maiestas sacratissima viri huius merita tenetur remunerari. Facit etiam mentionem restitutionis et repositionis nostrae, sed obiter tantum et quasi in transitu, hoc modo: *Már most én is lehetnék tarka barát Egerbe; de nem adnám ezrekért, hogy elébb a' lettem.* Quid dein? Secunda currentis mensis, quemadmodum praetactae Paternitatis Vestrae litterae innuunt, iam Budae est, agit. Ista omnia ego bene praevidi. Unde etiam rogavi admodum reverendam paternitatem vestram, ut nos prioratu contenti, et quod attinet spiritualia, alicui alteri abbati ordinis nostri affiliati maneamus; nec quidquam de abbatiali honore, quem hic et nunc nec tenuitas bonorum nostrorum sustinere, nec circumstantiae absolute admittere possunt, audire velimus. Sed et in toto ordine nostro Cisterciensi, praeter abbatialem perpetuitatem nihil difficilius relate ad subordinatos. Alia enim communia sunt caeteris etiam religiosis. Iam si haec etiam perpetuitas unde unde suffulta contra constitutiones Cistercienses de nobis et sine nobis fuerit addicta: pronum est iudicare, quae nostra vita futura sit. Vereor sane, et vereor magnopere, ne, Benedictinis Praemonstratensibusque rite et recte coalescentibus, nos unicae maneant sequelae. Admodum reverendus pater Theophilus non quaerat, quae sua sunt, sed quae Jesu Christi! Cer- Decz. 2.

tusque sit, nos omnes, quiqui dispersi sumus Wellehradenses, nunquam in unius sese ingerentis victimam casuros. Cum Francisco agat, ut potuerit; is unus de Pásztó et Pilis professus est. Plura scribere dolor vetat. Commendo me sinceris confraternis affectibus; negotium vero nostrum sollicitudini, quae unice in maiorem Dei gloriam cedat; sumque admodum reverendi domini confratris humillimus et sincerus confrater pater Constantinus professus de Wellehrad in Moravia m. p.

1801. decz. 19. Signatum Agriae, die decima nona decembris, anno Millesimo octingentesimo primo.

Hivatalos másolatban, papirosra írva: Egri főgymn. levélt. Catalogi . . . . Litterae item Officiosae et Rationes ab anno 1790/1—1802/3.

CLXXXV.

Pozsony. 1802. junius 25.

I. Ferencz király a pásztói és pilisi cziszterczi apátságokat visszaállítja és a cziszterczi rendnek adományozza s megszabja azon kötelezettségeket, melyek ennek fejében a rendre hárulnak.

Nos Franciscus Secundus, Dei gratia electus Romanorum imperator semper augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae etc. rex apostolicus, archidux Austriae, dux Burgundiae et Lotharingiae, magnus dux Hetruriae, magnus princeps Transilvaniae, dux Mediolani, Mantuae, Parmae, comes Habspurgi, Flandriae, Tyrolis, memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod nos pro paterna,[1] qua promotioni cultus divini et rectae iuventutis educationi ac instutioni benigne prospectum esse volumus, abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pilis et Pásztó cum eo pertinentibus universis fundationalibus bonis, signanter bonis Pásztó, Szántó item et Csákány et quidem in bono Pásztó cum appertinentiis suis, oppido nimirum Pásztó Hevesiensi et praedio Nádasd Neogradiensi comitatibus, nec non iure pignoris possessis portionibus in praedio Tepke, possessionibus item Nagy-Bárkány, Csécse et praedio

[1] E «*paterna*» szónak az eredetiben sincs főneve. Hihetőleg a «*cura*» szó maradt ki.

Almás comitatui Neogradiensi, denique in possessione Hasznos Hevesiensi, Soós-Hartyán vero Neogradiensi ac praedio Muszla itidem Hevesiensi comitatibus ingremiatis; in bono Szántó vero ex integris possessionibus Szántó et Apath-Maróth comitatui Honthensi adiacentibus consistente, denique in bono Csákány cum appertinentiis suis, possessione quippe Csákány et praedio Szent-Péter, vulgo Viertl-Feld appellato, comitatui Posoniensi ingremiatis, nec non portione Nauli Posoniensis ordinis Cistercitarum, in percharo regno nostro Hungariae in integrum restituendam, adeoque eam in plenum actuque praeexistentis fundi instructi possessorium cum omni illo iure et privilegio, sicut tempore suppressionis praefuerat, consequenter capitales etiam summas eidem ablatas, cum pretio venditarum medio tempore realitatum, librorum item et sacrae supellectilis, unacum litteralibus documentis reponendam benigne decreverimus; sequentibus tamen sub obligationibus: Primo: Ut abbas ordinis Cistercitarum de Pilis et Pásztó per nos clementer denominandus, huiusque successores in fundationalibus suis bonis parochias et locales capellanias idoneis animarum curatoribus, absque ullo fundi sic dicti religionarii aggravio, providere teneantur. Secundo: Ut ordo iste gymnasium Agriense eo, quo ratio litterarii instituti deposcet, idoneorum professorum numero e proventibus abbatiae ita providere teneatur, ut ex eorum servitio fidelis etiam populus spirituale capiat emolumentum. Tertio: Ut abbas eum alat religiosorum numerum, qui tam cultui divino cum decore perficiendo in ipso residentiae loco, quam et animarum curae in propriis bonis et gymnasialis iuventutis institutioni iuxta praescriptum litterarii systematis sufficiat; pro maiori autem domesticae disciplinae conservatione in loco gymnasii proprias aedes et ecclesiam habeat, ut pro regularis vitae ratione sub religiosa superioritate, conformiter instituti sui regularis vivant. Et ideo quarto: Aedes et ecclesia Agriae olim ad Jesuitas, posterius autem Cistercitas pertinens in statu bono, adeoque debitis reparationibus praevie per concernentem fundum perfectis iisdem Cistercitis resignabitur, onere conservationis postmodum aedificiorum horum ipsos Cistercitas manente. Quinto: Professores, prout et localem directorem in concredito sibi gymnasio e religiosis sui ordinis abbas pro arbitrio suo mutabit et constituet; nec alter superioris

studiorum directori in gymnasium hoc influxus conceditur, quam moderatae inspectionis, an nempe litteraria institutio praescriptae normae conformis sit. Sexto: Cum autem litteraria institutio iuventutis praecipua religiosorum horum posthac obligatio futura sit, abbas ea ratione religiosos educandos atque praeparandos habebit, ut sublimi huic scopo satisfacere possint; pro maiori autem religiosi huius ordinis vehiculo clementer indulgemus, ut clerici eorum completo vigesimo primo aetatis anno religiosam emittere valeant professionem. Septimo: Praeter recensita onera Cistercitae ad fundum religionis annue nihil praestare tenebuntur; an et quid fortificatorio praestare debeant, suo tempore pro iusto et aequo decidemus. Octavo: Prout nunc abbatem de Pilis et Pásztó denominandum benignis collationalibus litteris providebimus, ita futurorum quoque abbatum nominationem nobis, successoribusque nostris legitimis Hungariae regibus ea lege reservamus, ut conventus tres candidatos, praevia humillima cum supplicatione, regiae proponere possit maiestati; eo praeterea subnexo, ut cum nonnulla ad ordinem Cistercitarum pertinentia bona intermedio tempore ex altissima ordinatione nostra in arendam locata et concernentes arendatores sub fide publica in possessorium arendale introducti habeantur; iidem arendatores ante evolutionem stipulatorum annorum, donec contractuales conditiones rite expleverint, exturbari non possint; praeterea ut activas in bonis huius ordinis praeexistentes et sub possessorio fundi religionarii accumulatas restantias, fundum hunc directe concernentes, in quantum praevie liquidandorum liquidatione seriem exigibilium ingredientur, ea ratione incassare teneantur, ut eaedem cum quindecim percentuali falcidia titulo onerosae incassationis cessura, in defigendis triennalibus ratis ad fundum religionarium inferantur; denique etiam pensionistae et fundationales Missae, prout ante sublationem, ita nunc quoque huic ordini incumbent. Quapropter benigne praecipimus et mandamus quorum interest, vel in futurum interierit, universis, quatenus praesentem salutarem ordinationem nostram ad amussim observare noverint, neque eidem quaqua ratione contravenire praesumant. In cuius maius robur perpetuamque firmitatem hocce secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungariae apostolicus utimur, impendenti communitum extradandum esse duximus et

concedendum benignum diploma nostrum restitutionale. Datum per manus fidelis nostri, nobis sincere dilecti spectabilis ac magnifici comitis Caroli Pálffy ab Erdőd, perpetui in Vöröskeő, aurei velleris et una ingsignis ordinis Sancti Stephani regis apostolici magnae crucis equitis, comitis Posoniensis et comitatus nominis eiusdem supremi ac perpetui comitis, arcisque nostrae regiae Posoniensis hereditarii aeque ac suppremi capitanei, camerarii consiliariique nostri actualis status intimi, curiae nostrae regiae per Hungariam magistri, nec non per idem regnum nostrum Hungariae aulae nostrae prout et dicti ordinis Sancti Stephani cancellarii, in libera regiaque civitate nostra Posoniensi, die vigesima quinta mensis iunii, anno Domini Millesimo octingentesimo secundo, 1802. jún. 25. regnorum nostrorum Romani decimo, Hungariae vero, Bohemiae ac reliquorum anno undecimo. Franciscus m. p., comes Carolus Pálffy m. p., Alexius Névery m. p.

Protocollatum in libro regio primae classis; quod testatum redditur per regestraturae adiunctum Joannem Nepomucenum Kiss. m. p.

Hártyára írt és piros bársonyba kötött eredetije, arany sodraton függő pecséttel a zirczi apátság levéltárában.

CLXXXVI.

Pozsony. 1802. junius 25.

I. Ferencz király Schumann Theophil cziszterczi rendtagot, azelőtt az egri, majd az osztrák heiligen-kreuzi konvent tagját és szombathelyi gymnasiumi igazgatót, a visszaállított pilis-pásztói apátságok apátjává nevezi ki és a két apátság birtokait és jövedelmeit neki adományozza, a pilis-pásztói apátságokat visszaállító oklevélben megszabott föltételek mellett.

Nos Franciscus Secundus, Dei gratia electus Romanorum imperator semper augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae etc. rex apostolicus, archidux Austriae, dux Burgundiae et Lotharingiae, magnus dux Hetruriae, magnus princeps Transilvaniae, dux Mediolani, Mantuae, Parmae, comes Habspurgi, Flandriae, Tyrolis etc. etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: Quod

nos inducti praeclaris virtutibus, singulari item doctrina, nec non omnibus grata exemplaris vitae conversatione caeterisque animi dotibus et qualitatibus fidelis nostri religiosi Theophili Schumann, antea conventus sacri ordinis Cisterciensis de Pilis et Pásztó, nunc vero coenobii ad Sanctam Crucem in Austria professi, et hactenus studii philosophici et gymnasii Sabariensis directoris, quibus ipsum insignitum ex fidedigna nonnullorum fidelium nostrorum relatione et commendatione cognovimus, eundem itaque Theophilum Schumann, tanquam personam idoneam ac tam de ecclesia Dei, quam et in re litteraria benemeritam, nobisque ea de causa gratam et acceptam, ad abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pilis et Pászto, cum eo pertinentibus universis fundationalibus bonis, signanter bonis Pásztó, Szántó item et Csákány, et quidem in bono Pásztó cum appertinentiis suis: Oppido nimirum Pásztó Hevessiensi et praedio Nádasd Neogradiensi comitatibus, nec non iure pignoris possessis portionibus in praedio Tepke, possessione item Nagy-Bárkány, Csécse et praedio Almás comitatui Neogradiensi, denique in possessionibus Hasznos Hevessiensi, Soos-Hartyán vero Neogradiensi, ac praedio Muszla itidem Hevessiensi comitatibus ingremiatis; in bono Szántó vero ex integris possessionibus Szántó et Apáth-Maróth, comitatui Hontensi adiacentibus consistente; denique in bono Csákány cum appertinentiis: possessione quippe Csákány et praedio Szent Péter, vulgo Viertl-Feld apellato, comitatui Posoniensi ingremiatis; nec non portione Nauli Posoniensis; sub iurisdictione sacrae praememorati regni nostri Hungariae coronae et partim in comitatu Posoniensi ac archidioecesi Strigoniensi, partim vero in comitatu Hevessiensi ac dioecesi Agriensi existentem, nunc per mortem et ex hac vita decessum honorabilis condam Philippi Zuri, modofate abbatiae Beatae Mariae Virginis de Pilis et Pásztó ultimi veri et legitimi possessoris, de iure et de facto vacantem, authoritate iuris patronatus nostri regii, quod generaliter in conferendis omnibus praedicti regni nostri Hungariae partiumve eidem adnexarum ecclesiis et earum beneficiis, instar divorum quondam Hungariae regum, praedecessorum videlicet nostrorum gloriosae reminiscentiae, optimo iure habere et exercere dignoscimur, eligendum, et nominandum, ipsique antelatam abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pilis et

Pásztó, simul cum universis illius bonis ac iuribus temporalibus, castris nimirum, castellis, oppidis, villis, possessionibus et praediis, ubivis sub sacra praerepetiti regni nostri Hungariae corona reperibilibus, ac ad praefatam abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pilis et Pásztó de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, eorumque proventibus, obventionibus ac emolumentis, sub obligatione in benigno nostro diplomate restitutionis uberius expressa, dandam et conferendam, ipsumque ei, cuius interest, pro more praesentandum esse duximus; imo damus, conferimus et praesentamus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti, spectabilis ac magnifici comitis Caroli Pálffy ab Erdőd, perpetui in Vöröskeő, aurei velleris, ac una insignis ordinis Sancti Stephani regis apostolici magnae crucis equitis, comitis Posoniensis et comitatus nominis eiusdem perpetui ac supremi comitis, arcisque nostrae regiae Posoniensis haereditarii aeque ac supremi capitanei, camerarii, consiliariique nostri actualis status intimi, curiae nostrae regiae per Hungariam magistri, nec non per idem regnum nostrum Hungariae aulae nostrae, prout et dicti ordinis Sancti Stephani cancellarii, in libera regia civitate nostra Posoniensi, die vigesima quinta mensis iunii, anno Domini Millesimo octingentesimo secundo, regnorum nostrorum Romani decimo, Hungariae vero Bohemiae et reliquorum anno undecimo. Franciscus, m. p. Comes Carolus Pálffy m. p., Joannes Palocsay m. p. Protocollatum in libro regio secundae classis, quod testatum redditur per regestraturae adiunctum, Joannem Nepomucenum Kiss m. p. 1802. jún. 25.

Penes praesentes benignas suae sacratissimae caesareo-regiae apostolicae maiestatis domini, domini clementissimi collationales religiosus Theophilus Schumann, antea conventus sacri ordinis Cisterciensis de Pilis et Pásztó, nunc vero coenobii ad Sanctam Crucem in Austria professus, et hactenus studii philosophici et gymnasii Sabariensis director, ad Abbatiam Beatae Mariae Virginis de Pilis et Pásztó inde a morte et ex hac vita decessu honorabilis condam Philippi Zuri, eiusdem abbatiae ultimi veri ac legitimi possessoris, de iure et de facto vacantem, eiusdemque bona ac iura temporalia ad praeattactam abbatiam de iure et ab antiquo spectantia et pertinere debentia per illustrissimum dominum Lazarum liberum baronem Perényi de Perény, sacrae caesareae regiae altissimae maiestatis camerarium ac camerae regiae hungarico-aulicae consiliarium, vigore benigni idcirco ad regiam hanc cameram hungarico-aulicam sub decima quinta iunii anni Millesimi octingentesimi secundi, numero 6083 emanati introductorii ac installatorii mandati regii cameraliter deputatum, in praesentia ad hunc actum specialiter convocatarum tam ecclesiasticarum, quam saecularium personarum solemniter installatus et introductus est. Budae die undecima novembris, anno Millesimo octingentesimo secundo. 1802. jún. 15. 1802. nov. 11.

1802. nov. 11. Ex consilio regiae camerae hungarico-aulicae, loco, die, annoque ut supra. Augustinus Kmosko. m. p.

Hártyára írt és piros bársonyba kötött eredetije, arany sodraton függő pecséttel, az egri cziszterczi konvent levéltárában.

Hiteles másolatban: Zirczi ap. levéltár. III. 60. sz.

CLXXXVII.

Eger. 1803. deczember 8.

Zimányi Bernát végrendeletének mintája, a mely szerint a szerzetes fogadalom letevése előtt összes vagyonáról lemond.

In nomine sanctissimae Trinitatis, amen!

Infrascriptus conformiter ad tenorem sacrae regulae divi patris Benedicti capite quinquagesimo octavo et constitutionem sacri concilii Tridentini, sessione vigesima quinta, capite decimo sexto, vigore praesentis scripti renuntio omnibus bonis, tum mobilibus, tum immobilibus, sive actu acquisitis at possessis, sive per successionem ab intestato, aut ex testamento acquirendis, omnique iuri ad eadem bona et res temporales quocunque titulo mihi competenti ac de his omnibus liberrimam ultimae meae voluntatis dispositionem taliter declaro, ut sequitur:

Verbi gratia. Totam vel partem substantiae talem vel talem mihi post meos parentes quocunque titulo obventuram in gratificationem perpetuae meae futurae sustentationis cedo monasterio Agriensi, tanquam matri meae, vel divido in tot et tot partes, quarum unam, aut plures lego meo vel meis fratribus, vel sororibus, vel aliis magis indigentibus meis amicis, in specie huic N., vel huic, vel prout cuique in salutem animae suae disponere visum fuerit etc. Aut etiam ex substantia sua reservato sibi usu fructuario cum scitu abbatis, etc. etc.

Haec liberrima et legitima voluntatis meae dispositio, ut in vigore suo permaneat, et fideliter in omni eventu pro vera et ultima mea voluntate ubicunque locorum agnoscatur et tunc, dum necesse fuerit, exequatur. Supra haec assistentiam reverendissimi ac amplissimi domini domini mei abbatis humillime imploro, eumque in omnibus meis dispositionibus executorem constituo.

In quorum meliorem fidem et robur, eam propriae manus subscriptione munivi. Religiosus frater novitius Franciscus Zimányi m. p. Signatum Agriae, die octava decembris, anno Millesimo 1803. decz. 8.
octingentesimo tertio.

Hátára ez van irva: Ultima voluntas, sive testamentum factum ante sacram professionem religiosi fratris novitii Francisci Zimányi. Valet etiam pro reverendo fratre Henrico.
Papirosra irt eredetije: Zirczi ap. levt. 1803. decz. 8. kel. levél.

CLXXXVIII.

Eger. 1804. deczember 13.

Káptalani határozatok, melyeket Schumann Theophil pilis-pásztói apát adott ki a rendtagok életmódjának szabályozása és irányítása czéljából.

Ordinatio capitularis pro abbatiis sacri ac exempti ordinis Cisterciensis Beatae Mariae Virginis de Pilis et Pásztó promulgata Agriae, in collegio Sancti Francisci Borgiae die decima tertia mensis decembris anno Domini Millesimo octingentesimo quarto. 1804. decz. 13.

In nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis, immaculatae semper Virginis Dei Genitricis Mariae, ordinis nostri patronae et advocatae, Sanctorum patrum Benedicti et Bernardi. Amen. Frater Theophilus Schumann, sacri et exempti ordinis Cisterciensis regiorum monasteriorum de Pilis et Pásztó abbas et inclyti regni Hungariae praelatus. Tertius iam volvitur annus, quo ab immensa Dei clementia humiles preces nostrae misericorditer exauditae et amarae lachrymae ex oculis nostris abstersae fuere per factam post quindecim exilii annos iure postliminii benignissimam abbatiarum nostrarum ab augustissimo Francisco Secundo imperatore et rege nostro apostolico in integrum restitutionem. Magnitudinem hanc in nos collatae tam divinae, quam caesareo-regiae clementiae non solum perenni memoria celebrare, sed etiam iniunctorum nobis officiorum executione implere omnium virium nostrarum contentione aggressi quidem sumus: nec tamen, proh dolor! ob illatam monasterio huic, quod incolimus, per fatale anni Millesimi octin- 1800.
gentesimi incendium, horribilem vastitatem et necessarias tectorum

tam collegio, quam duobus turribus imponendorum, ianuarum item et portarum, serarum, fornacum, fenestrarum omnium reparationes et erectiones, seu sacrae regulae et ordinis constitutionibus, seu piissimae menti sacratissimae suae maistatis integre satisfaciendi modus nobis adhuc suppetebat. Verum iam nunc, post terminatas praecipuas aedium harum reparationes, cessante tantisper operariorum tumultu et cursitatione; nec non individuis religiosis, opitulante Dei gratia, multiplicatis, salutares quasdam pro sacri ordinis incremento, ad augendam omnipotentis Dei gloriam et promovendam rectam iuventutis institutionem, directas ordinationes, cum consilio sanioris partis fratrum timentium Deum statuere et promulgare in animum induxi meum. Quocirca tam omnibus reverendis patribus gravem, qua conservandae et augendae disciplinae regulari sese impendere tenentur, obligationem, quam singulis clericis e professione sua religiosa resultantem in spiritu iugiter proficiendi necessitatem in memoriam reducens, eosdem authoritate a sacra regula et ordinis constitutionibus mihi tradita in domino cohortor, atque ad diligentem et exactam huius ordinationis, in qua nihil asperum, nihilque grave nos constituturos speramus, observantiam paterne commoneo.

1. §. *De observatione sacrae regulae et constitutionibus sacri ordinis nostri.*

Ut religiosa haec domus postliminio restituta firmo stet pede et insultibus spiritualium hostium iugiter resistere valeat, ante omnia necesse est, ut omnes et singuli domus huius incolae in omnibus magistram sequantur regulam sancti patris nostri Benedicti, nec ab ea temere devietur a quoquam, tam ex parte inferiorum delinquendo, quam ex parte superiorum connivendo. Est enim regula ex mente sanctorum patrum antemurale et propugnaculum status religiosi. Quamdiu hoc antemurale firmum permanet, etiam murus, seu ordo religiosus integer persistit; illo autem prostrato, facile etiam prosternitur iste ita, ut verificetur illud Jeremiae: Luxit et ad terram decidit antemurale et murus pariter dissipatus est. Talem profecto luctum cum irreparabili dissipatione paulo post timendum domus haec religiosa haberet, si non maiorem, quam hactenus gessit, sollicitudinem de custo-

diendo antemurali, seu observatione sacrae regulae, et constitutionum ordinis gerendam sibi assumeret. Tristi namque experientia compertum est, quod nonnulli religiosi eiusmodi constitutiones et sacrae regulae praeceptiones, exempli gratia de erroris in choro commissi veniae petitione, de tempestive comparendo ad benedictionem mensae, de non dandis vel accipiendis litteris, seu eulogiis, de respondendo Deo gratias, dum cubiculi porta pulsatur, non magis hactenus respexerint, ac politicas quasdam cerimonias, aut exteriores indifferentes agendi modos: quasi vero si observentur, bene fiat, sin minus, nihil mali inde impendeat, aut boni dependeat. Verum hi nosse et persvasum sibi habere debent, quod secundum gravissimorum authorum sententiam, quamvis multa contineantur in regulis aut statutis religiosorum, ad quae non tenentur necessitate praecepti ita, ut statim mortaliter peccent, dum in aliquo illorum fuerint negligentes; consvetudo tamen in illis delinquendi non possit a peccato mortali excusari propter contemptum saltem virtualem. Propterea inquit asceta theologicus Dyonisius Carthusianus: Religiosi deformati, in quibus parva aut nulla est rigoris et disciplinae regülaris observantia, qui sensualiter vivunt et mundanis vanitatibus pleni sunt, otiositati et loquacitati pro libertate sua vacantes, in innumera prorsus incidunt peccata non venialia tantum, sed et mortalia; immo tota eorum vita est quasi quoddam peccatum continuum. Quia et hoc ipsum bonum, quod agere videntur, tam negligenter, irreverenter, tepide, atque indebite agunt. ut magis sit offensivum Dei, quam ipsius reconciliativum. Quae utique religioso salutis suae studioso haud levem timorem incutere debent.

Pro fundamento igitur reformationis loco huic pernecessariae exhortor in Domino et serio admoneo omnes et singulos imprimis cum divo Benedicto: ut nullus in monasterio proprii cordis sequatur voluntatem. Dein cum Mellifluo patre Bernardo: State in Domino dilectissimi! semper solliciti circa custodiam ordinis, ut et ordo custodiat vos. Denique cum apostolo Petro: Fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis.

2. §. *De observatione votorum.*

Qui vovit, etiam reddat, necesse est, quia vovendo debitorem se fecit. Quisquis bona, quae Deo pollicitus est, implere neglexerit, ad illa bona, quae Deus promisit, pervenire non poterit. Ne igitur religiosi iuxta comminationem apostoli, quia primam fidem irritam fecerunt, damnationem habeant in aeternum confusi ab exceptatione sua: superiores districte obligo, ut contra votifragos absque ullo respectu humano, memores Heli sacerdotis de Silo, cum rigore omni procedant. Et quidem ad casus specificos descendendo, contra obedientiam, si quis manifesta contumacia superiori morem gerere in iis, quae ad status regularis observantiam pertinent, detrectaverit, aut cum quocunque superiore suo ubicunque proterve contenderit, aut etiam eidem litteras convitiosas vel comminatorias scribere praesumpserit: talis absque ulla remissione subiaceat poenis graviori culpae proportionatis; inter quas numerantur a sanctissimo legislatore disciplinae regulares, ieiunia in pane et aqua, acerbitas carceris, excommunicatio et similia. Et quoniam apud nonnullos religiosos iuniores, quos quidem senioribus nec sociari, multo minus in partes eorum vocari convenit, grandis audacia, praesumptio et irreverens tam cum superioribus, quam sacerdotibus agendi modus multum invaluisse et in bene ordinata communitate, per quam necessaria subordinatio non parum laesa fuisse dignoscitur: idcirco noverint superiores pro emergentia talium delictorum se eo gravius obligari ad harum poenarum inflictionem exequendam, quo detestabilius et perniciosius est crimen, quod pacis communis et religiosae tranquillitatis bonum perturbat, superioribus officium intolerabile et reliquis subordinatis vitam communem admodum molestam et taedio plenam reddit et efficit. Ne contra votum paupertatis proprietatis vitium, quod sanctus pater radicitus amputari praecipit, in ullo religioso subrepat, aut aliqua occasio subreptioni detur: nequaquam in aere parato, sed iuxta praescriptum sacrae regulae in natura dabuntur quaevis necessaria. Quorum nomine haud venit pelliceum, baladrana seu *kaputh,* rheno, paenula, habitus curtus, ocreae, cortina ad portam aut fenestram et similia.

Schedas igitur necessariorum tam aestivalium, quam hyemalium venerabilis pater prior minimum sex hebdomadis ante primam diem mensis maii et novembris a singulis collectas mihi pro applacidatione tradet, ut omnia tempestive procurari, confici et praefata die omnibus in unum congregatis nova distribui, et vetera in vestiario pro pauperibus reponenda reddi possint. Qui ante applacidationem quidpiam per opifices sibi curaverit, aut ex fornicibus vel apotheca ferri iusserit, proprio aere solvere cogetur. E pecunia, adorato illo avaris numine, nemo plus, quam tres rhenenses florenos sub quocunque colore et praetextu terminatis proximis bacchanalibus et dein vacationibus apud se retineat, sed ad cassam superioris deponat; neque plus sine expressa licentia ad semel expendere ausit. Contractus quoque de activis debitis ad eandem cassam inferendi erunt. máj. 1. nov. 1.

Scheda substantialis de pecunia solum et preciosis sincere confecta quotannis dominica Palmarum abbati admanuabitur; ne si fors quidpiam ab aliquo reconditum, aut denegatum post obitum reperiretur, aut resciretur, talis suffragiis ordinis, quod absit, privetur et animae suae detrimentum patiatur.

In victu denique et amictu, in supellectili tam ecclesiae, quam domus, caeterisque corporis commoditatibus defectum quempiam non modo libenter patiamur, sed et avide subin quaeramus, ut Jesum vere pauperem non solum verbo, sed ipsa re imitemur et sequamur, atque moriamur potius cum Lazaro, quam cum divite, qui induebat purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide.

Omnia vasa monasterii, ut sacra regula praecipit, cunctamque substantiam, ac si altaris vasa sacrata essent, quilibet religiosus conspiciat, custodiat, nec destrui, aut dissipari permittat; multo minus dissipet ipse de vestimentis, cibo et potu sine facultate clancularie quidpiam, cum laesione paupertatis, alicui donando.

Quoad votum castitatis observandum: Quamquam sola virtutis huius angelicae sublimis praestantia et nota tum apud Deum, tum apud homines aestimatio unumquemque religiosum allicere, atque dedecora vitii oppositi detestabilitas et personae sacrae hac labe semel notatae indelebilis apud omnes vilipensio et contemptus ab eius transgressione deterrere deberet: proderit tamen praeter haec ad finem hunc obtinendum saepius considerare pericula a

divo Gregorio in suis moralibus adducta his verbis: Ex quo luxuria semel mentem cuiusdam occupaverit, vix eum bona et seria cogitare permittit; sunt enim desideria viscosa, quia ex cogatione oritur affectio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consvetudo, ex consvetudine desperatio, ex desperatione damnatio. His igitur periculis ut omnis via caute praecludatur ac praesertim sinistrae famae, quae ex unius quandoque religiosi delicto orta reliqua etiam innocentia communitatis membra apud saeculares ad iudicandum pronos saepius inficit, materia quaeque subtrahatur: sub poena regularis disciplinae prohibentur omnes cum sexu muliebri conversationes familiaritates correspondentiae, ad domos saecularium, sine expressa superioris licentia et socii designatione, diversiones; utpote e quibus omnibus et singulis diversas suspiciones, mali occasiones et iudicia temeraria oriri, notorium est. Ad quae avertenda, iam etiam in ambitu superiore de aqua et lumine sufficiens provisio facta est.

3. §. *De profectu virtutum.*

Iuste adigimur ad exsolvendum, qui non cogebamur ad vovendum. Quemadmodum igitur in professione monastica perfectionis excelsa appromisimus: ita ad eandem attingendam conniti de die in diem sub peccato gravi obligamur. Quapropter omnes et singulos commoneo, ut frequentius conscientiam suam cum sancto patre nostro Bernardo interrogatione: Ad quid venisti? conveniant; et pensiculate discutiant, an revera conversionem morum saecularium, quam mediante professionis formula Deo solemniter nuncuparunt in sua vivendi methodo prae se ferant; an vero e contrario in moribus deteriores multis saecularibus sint censendi, utpote vani, elati, impatientes?

Ad quod discernendum plurimum confert quotidie exacte instituta meditatio, librorum spiritualium lectio et examen conscientiae. Ex quorum neglectu sicut ordinarie apud religiosum tepiditas et rerum spiritualium nausea se irradicare solet: ita quoque hic apud unum alterumve mores plus vanitatem et saeculum, quam religionem redolentes irrepsisse, haud obscure agnoscitur.

Cum igitur iuxta ascetarum facile principem: Mutatio morum et integra mortificatio passionum verum faciant religiosum, ea,

quae sacrae regulae capite quadragesimo nono de observatione quadragesimae praescribuntur, illibate observanda, et in nexu eius scheda mortificationis quotannis dominica prima Quadragesimae exhibenda erit.

4. §. *De pace et charitate fraterna.*

Nihil sub sole infelicius et miserius malo dissensionis et e contrario nihil in creatis rebus gratiosius auditur et delectabilius possidetur, quam bonum pacis, quod e fraterna charitate nascitur. Nam testante Sancto Basilio: Sicut coenobia cum hoc pacis bono sunt paradisus, et in iis degentes angeli: ita cum malo dissensionis eadem coenobia sunt tartara et habitatores daemones. Contra hanc charitatem, quae est virtutum summa, legis plenitudo et vinculum perfectionis, in hac domo saepe non leviter peccatum est a nonnullis per partiales amicitias, clandestina conventicula, iniuriosas alienorum defectuum propalationes, immo illatas contumelias. E quibus non semel evenit, ut tales a reliquorum alloquio, tanquam non sint, sicut caeteri hominum, sese multo tempore continuerint; a communi exitu et consortio reliquorum se subtraxerint, atque solitarii foris et intus vana et prohibita solatiola clancularie quaesiverint; per haec omnia se proprio amore excaecatos et charitate penitus vacuos, palam demonstrantes.

Dum igitur has charitatis laesiones hic dolenter commemoro, omnes et singulos per viscera misericordiae Dei nostri ad leges charitatis a Deo tantopere praeceptas et a sanctissimo legislatore inculcatas exacte observandas, nec non ad occasiones omnes, per quas hactenus violata est, radicitus amputandas, specialius exhortor; simul etiam superiores commonitos esse volo, quod in conscientia obligati sint, omnes supradictas ad violandam charitatem occasiones, per admonitionem, cohortationem aut congruentium poenarum irrogationem, rescindere et proscribere, eo quidem gravius, quo maior prae reliquis haec virtus, cui directe opponuntur, est.

Ex hoc ergo temporis momento, monente dilectionis magistro: Filioli! deposita omni simulatione, zeli amaritudine et qualibet alia passione, diligite invicem; pacem et charitatem habete ad invicem; et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum.

5. §. *De superioribus conventualibus eisque debita reverentia.*

Officium superioris est sollicitudo, non celsitudo, ait doctor noster Mellifluus: Pervigili enim oculo et sollicitudine gregi suo intendere, privata sua commoda bono communi postponere, subditorum, non suam utilitatem quaerere, dulcedinemque suam deserere debent recte imperare volentes. Unde grande omnino onus est officium superiorum; sed, dum bene illo funguntur, apud Deum summe meritorium.

Et quandoquidem per nimiam subalternatorum superiorum conniventiam et dissimulationem plerique excessus et abusus in disciplina regulari irrepere solent: idcirco tam patri priori, quam subpriori districtissime praecipio, ne amplius ulli sive sacerdotum, sive fratrum quidpiam excessus vel defectus notabilis conniveant; sed iuxta praescriptas leges et definitiones ordinis in capitulo, quod pro emergentia culparum a venerabili patre priore, aut ab admodum reverendo patre subpriore celebrari mando, absque respectu et partialitatis nota, ex sola charitate Dei et proximi puniant et corrigant. Super quo conscientias eorum graviter onero, firmiter et sancte promittens, hac in parte authoritatem superiorum pro rei iustitia me semper succolaturum. Et haec in genere de superioribus.

Quae cum onerosa sint, alleviari debent per obedientiam et reverentiam subordinatorum. Hi itaque meminerint omnes, quidquid reverentiae, quidquid contemptus superioribus fit, ipsi Deo fieri; loco Dei enim sunt, qui praesunt. Neque eis reflectendum qui eos gubernet, summusne an medius, an infimus sit. Sed devotionem suam in obedientia collocare debent. Quin immo iuxta grave effatum sanctorum patrum: Quanto contemptibilior praesidet, tanto magis humilitas obedientis Deo placet; siquidem perfecta obedientia non qualitates hominis, sed authoritatem numinis in superiore relucentem respicit.

6. §. *De priore.*

Iura et officia prioris claustralis, qui abbati regulari subest, sat fuse docet rituale ordinis et usus monasteriorum; ex quibus claret, competere ei in ecclesia primum locum sinistri chori et in capitulo, refectorio vel claustro stare ad dexteram abbatis. Hebdo-

madarium in choro et quoad missas in ordine cum reliquis agere; ut pulsus ad chorum, capitulum, refectorium, ad exitum communem, cum necesse est, accurate fiat, ordinare et curare.

Abbate absente vel iubente, capitulum ante praecipua festa et in occursuris casibus tenere et in loco eius sedere; quod etiam faciat in refectorio; ac in omnibus eius vices, pro arbitrio ipsius, agat. Indefessa eius sollicitudo in eo versetur, ut sacra regula, usus ac consvetudo ordinis et capitularis haec ordinatio ab omnibus sancte observetur; monastica disciplina hoc in domicilio tandem inducatur et conservetur, atque in dies incrementum sumat. Fratribus clericis in spiritu et virtute nondum solidatis sollicite invigilet, an obligationibus suis in ordine diurno expressis accurate satisfaciant; frequenter musaeum ipsorum, praesertim tempore orationis et studiorum, visitet, an silentium observent, attendat; et quamlibet transgressionem paterne redarguat atque emendet.

Cum vero communitas haec exigua adhuc sit et actualis pater prior musicam unicus calleat: cantoris quoque officio fungetur et praescripto tempore clericos in cantu chorali charitative exercebit et curabit, ut divina officia in choro et ecclesia secundum rubricas in Gavanto et Rituali ordinis contentas rite inchoentur, agantur et terminentur.

Quapropter ordinem, quis proxima hebdomade missam conventualem, matutinalem ac studiosorum celebrare, quis ad sacrum cantatum vel pontificale pro diacono, archidiacono, subdiacono aliisque functionibus assistere; quis item hebdomadarium, invitatorem, lectorem et servitorem ecclesiae ac mensae suis temporibus agere debeat: semper diebus sabbati, ut sub Pretiosa perlegi possit, in tabula signabit.

Cum autem aequa divisio fratres turbare non soleat, omnia haec munera a seniore semper incipiendo inter omnes, semota partialitate, distribuet, ut sic quilibet et oneris et favoris particeps effectus hilari vultu servitium in domo Dei praestet.

Tabellam quoque sacrae confessionis et communionis omnibus festis sermonis maioris et minoris, nec non indulgentiarum, aut ad minimum intra quattuordecim dies semel peragendae, pridie ad portam refectorii appendet, et an quilibet sacra synaxi reficiatur, diligenter explorabit. Confessio quidem clericorum ac

novitiorum pridie ½, 5ª de aestate ½, 6ª post lytanias, communio autem, si pontificale fuerit sub hoc, alias sub sacro matutinali, accepta prius pace, peragetur.

Pro sacris exercitiis triduanis tempore vacationum, Adventus, vel Quadragesimae, quolibet anno et ante susceptionem sacrorum ordinum servandis, spirituales libros praesto habebit; atque distributionem temporis et ordinem meditationum et lectionum spiritualium in peculiarem libellum inferet talemque cum praefatis libris cuivis exercitanti pridie tradet et terminatis exercitiis rursus recipiet. Ad facienda haec exercitia spiritualia etiam expositi patres bonorum administratores et adiutores quotannis huc comparere tenebuntur.

Quoniam vero multiplex haec spiritualium cura sicut praecipua, ita ardua admodum est, totumque hominem occupat: prior claustralis curae temporalium et negotiis saecularibus se non implicabit, nisi in quantum fors ei subin, neccessitate ita ferente, ab abbate imperatum fuerit.

7. §. *De subpriore.*

Subprior in ordine nostro eandem habet et authoritatem et obligationem, quam prior; adeoque eidem aequalis obedientia et reverentia quoad disciplinaria ab omnibus exhibenda est. Clara sunt verba libri ritualis et usuum, vigore quorum ad subpriorem peculiariter pertinet, fratres, praesente etiam priore, in choro ad pietatem excitare; et quae ad cantorem vel sacristam spectant, cum necesse fuerit, emendare; in claustro et capitulo, ut fratres ordinate se habeant, sollicite procurare; ad refectionem, absente abbate et priore, ad mensam praesidere ac superiorem in choro stare; absente item abbate et priore ad vigilias et in capitulo vicem prioris agat, benedictionem det lectoribus; et in omnibus intus et foris pro arbitrio abbatis et consilio prioris se habeat.

8. §. *De magistro novitiorum.*

Perarduum officium magistri novitiorum in sacrae regulae capite quinquagesimo octavo ita fuse et clare continetur, ut ei quidpiam addere, supervacaneum, aut plane temerarium foret. Atque adeo universa eorum institutio, educatio et regulatio quoad omnia,

tam in spiritu, quam in corpore soli magistro conscientiose incumbit. Si quis ergo religiosorum in novitio, a cuius alloquio et cella omnis arcendus est, intra decursum anni defectum aliquem seu substantialem, seu accidentalem adverteret, confestim de eo magistrum secreto informet; cuius erit, rem omnem sua modalitate serio investigare et prudenter ac tempestive corrigere. Si autem defectus eiusmodi esset, qui facile corrigi et emendari nequiret, eum prius abbati, dein sub misericordia toti conventui detegere obligabitur.

9. §. *De officio et cultu divino.*

Quamquam pia primorum fundatorum intentio ea fuerit, ut psalmodia divina, ceu praecipuum instituti nostri pensum, in ecclesia Dei quotidie rite persolvatur: quia tamen abbatiarum nostrarum in integrum restitutio ab augustissimo terrae principe eo fine facta est, ut ordo iste, verba sunt benigni diplomatis, gymnasium Agriense idoneorum professorum numero ita providere teneatur, ut ex eorum servitio fidelis etiam populus spirituale capiat emolumentum; item ut abbas eum alat religiosorum numerum, qui tam cultui divino cum decore perficiendo in ipso residentiae loco, quam et gymnasialis iuventutis institutioni sufficiat: iam nunc triplex nos stringit obligatio, quae ita misceri et temperari debet, ut primo per nos laudes Deo in ecclesia hac Sancti Francisci Borgiae decantentur; secundo non minus fidelis populus sacramentis reficiatur; quam tertio iuventus gymnica literis et moribus probe imbuatur.

